

- M-15

18-10










n. 3632





1895





















M-15



REGNI ARAGONIAE

DESCRPTIO

Pauli Albini de Lajas Societatis

IESV.

De la Biblioteca de VINCENCIO
DE LASTANOSSA, Cauallero
Infançon, Ciudadano de Huesca,
y Señor de Figaruelas.

ARAGONIAE TABULA GEOGRAPHICA SEORUM
non haecenus edita, Hispani desiderata, ab exteris poene flagita
ta conuictio tandem praedit diligentia ac studio I. Baptista Laua
nia ~~Descriptio~~ Regij Cosmographi virique eruditissimi, qui
proferi, ^{adij} ~~lustravitque~~. Ei vero ut Descriptionem adderemus copiosam,
(quantum res ipsa, et exterarum sive malignitas, sive incuria, si
ue, quod proclivius est, nostrarum rerum ignoratio postulare videtur)
muneri erit nostri ~~laudabilissimum~~ ~~laudabilissimum~~, quod ~~ad~~
~~laudabilissimum~~ ~~laudabilissimum~~. ~~Et quod~~ ~~ad~~
~~laudabilissimum~~ ~~laudabilissimum~~. ~~Et quod~~ ~~ad~~
~~laudabilissimum~~ ~~laudabilissimum~~. ~~Et quod~~ ~~ad~~
~~laudabilissimum~~ ~~laudabilissimum~~. ~~Et quod~~ ~~ad~~
~~laudabilissimum~~ ~~laudabilissimum~~. ~~Et quod~~ ~~ad~~
~~laudabilissimum~~ ~~laudabilissimum~~. ~~Et quod~~ ~~ad~~

ARAGONIA mediterranea est ex omni parte Regio alijs pro
vincijs cincta, que sibi commeditate et libertate de Mediterrane
is Hispania nulli cedat, gloria excellat etiam multis. In nomi
ne laesere multi Poetarum in morem. Agnoscat alijs Scidos in His
paniam inuenerit, additisque aris, quibus Herculi sacra fierent,
ab utroque ARAGONIAM confinere specioso commento, sed quod
suo

Regio.

Nomina et eorum
ratio.

2
 Seco iudicio figmentum proat. Alij à Tarracore maluerunt, Urbe Ci-
 teniōis Hispania Principis, quos inter Ant. Nebrisenſis, et Vaseus fue-
 rit; quasi ex triba prima (littera ARAGONIA (quasi Tarraco-
 nia) facta sit: quo nomine eruditi Italorum hanc Provinciam
 appellant. Sed Hispani ARAGONIAM non agnoscunt, nec AR-
 AGONIOS, sed ARAGIOTOS Reges; qui ex Hispania euſcathie
 apſtem ſiciliamque tenuere, et tradere poterit. Aethrigones in Ci-
 teniore Populos Ptolemaeus atque enumerant, a quibus ARAGONI-
 AE nomen affinitate potius fore, quam firma alia coniectura non
 nulli deriuant. Sed hi, quo loco Aethrigones in Citeniore collocari
 ſunt, non uidentur; neque eos Aragoniam attingere, cum eſſent
 longe ſuperiores ad Septentriones ſiti, et ad Occiduum Solem recederent.
 Ad Septentriones ad extrema Regni, qua Nauarra et Aquitania
 iungitur, ARAGO fluius est, qui Laccam urbem ad lambit, in
 cuius ripis, ut post dicturi ſumus, primis genitum Imperium Na-
 tumque est ARAGONIUM: inde se pandens exteras Provincias
 inuasi: ab eo ergo fluius Aragoniam dictam certo certius ar-
 bitramur: nam nec ARAGONIAE nomen ante auditum est, quā
 proſugi Celtiberorum reliquias ad uia illa montium Pyreneo-
 rum, Africani cedentes, occuparent, inſiderentque fluius ripis.
 Post cum Imperio nomen regionis propagatum; ut quid quid ac-
 ceſſione noua acquireretur, eodem appellatione donaretur. Haec vi-
 rorum magnorum ſententia conſenſu firmatur, quos inter eru-
 diſſimus Lurita est, et Hieronymus Blancas, domo uterque Ca-
 ſaraugustanus. At ſi curioſitas inquiras unde Aragoni fluius
 nomen petemus factum; non magis poſſim ſatisfacere, quam ſi qua-
 ras, cur Danubius Danubius ſit, aut Araris Araris. Quod no-
 mine haec tota Regio antiquitus dicebatur, non ad modum anceps
 quaestio est; nec tamen aut inuicunda, aut omniſſenda. Iſcer-
 te regionibus, quibus hodie se ARAGONIA pandit, Laccetani,
 Vesuntanique, tum Naxgetum, Suesetanorum, Edeſtanorum
 Celtiberorumque partes multo maxima claudebantur. Uno ergo
 eodemque nomine comprehenſam ARAGONIAM antiquitus non
 putamus. Nam quanquam Edeſtani optimam illius occupauerunt
 partem, Valentini tamen regnum ſubcuntes mari Mediterra-
 neo clauderentur. Naxgetes Callania, que nunc est, partem
 recipi
 claudere

in iudicijs pag 3^a
 in Comment p 18. 36.

~~recipiebant~~
~~daedebant~~, et in ea Ilerdam urbem. Celtiberiam, si proprie eo nomi-
 ne Celtiberos intelligas, maximam partem extra ARAGONIAM ea-
 currisse constat; quamquam in ea et Bilbilis, et Iuriaso, et alia
 nonnulla urbes ARAGONIAE continebantur. Siquidem Celtiberi
 aut proprie ab Oriente Edetani, Carpetani ab Occidente, ad austrum
 Contestani et Bastitani, Decendones Peronesque ad Septentriones
 coarctabant. At ij Celtiberia limites non diu steterunt. Nam Va-
 rianae Celtiberico bello Marti aetas, magna nominis et fama Cel-
 tiberis accessio facta est; ut confinitima omnes regiones Celtiberi di-
 cerentur; cuius rei Polybius est auctor, et qui ab eo desumpta Strabo.
 Itaque Celtiberia nomen non incongrue ARAGONIAM accipi-
 mus; quamquam neque omnis Celtiberia intra Aragoniam, nec
 contraria; nam haec ad vicium referre ~~non debemus~~ tantum non est.

ARAGONIA omni ex parte terris clauditur. ad Septentrio-
 nes Pyrenaei iugis, qua parte Aquitania collimitanea est. ab Occi-
 dente Nauarram et utramque Castellam novam veteremque
 contingit: ad Austrum Valentia est: ad Orientem Solem Catta-
 laniam. Forma oblonga est, porrigiturque a Septentrione in Austrum
 nisi quod paululum ad occidentem solem inclinatur, Leucas Hispani-
 cas L. ferme: latitudine, ^{XXV. nec} ~~nam~~ admodum ^{varianae} ~~diffusa~~. Continetque
 quadratas Leucas DCCCC. aut circiter. Delimitibus anceps diu
 contentio cum Catalanis fuit, ne nunc quidem rebus compositis.
 Dissensionis caput Dipaertia fuit, quam olim limitibus suis
 comprehensam Catalanis voluit; ut quidquid a Cerga amne ad
 Nogueram, quam Dipaertianam vocant, currit, id totum sibi
 se iuris clament, et sibi adscribant: quo nomine etiam illum tra-
 ctum intra sua ditionis fines in Catalonia Tabula Geographica,
 qua non ante multos annos prodijt, conclusere. Sed Aragoni-
 orum iura et Regum voluntate, et conniventia, tum maxi-
 me possessione ipsa permultorum annorum confirmata sunt. Ita
 que hodie ab ea parte Noguera fluvius limes est Regni Itri-

Situs.

Formae.

Limites.

usque: ~~Itaque ad Dipaertiam ad ditionem Aragoniam~~
~~in Catalonia ad ditionem Aragoniam~~
~~et ad ditionem Aragoniam~~
~~et ad ditionem Aragoniam~~
 At contra Latius antiquitus patuisse Aragoniam fines illud argumento est, quod

* quamquam et Ilerda urbs
 et oppidula caetera pauca ce-
 amnem constituta, Catala-
 notum sunt.

quod non semel Aragonij Comitatus indidit sunt Heredes; cum tamen
 ut ne extra Regnum ad Comitatus evocari possint, lege sit cautum.
 Vallis de Aran, qua potrema ad Septentriones totius est Tabula,
 si naturam spectes eiusque situm, intra Aquitaniam est: argumenta
 sunt aquarum diuortia, quo nullum ~~est~~ ^{certiorem} limitem Hispania
 Galliaque agnoscent. ~~Quae potrema ad Septentriones totius est Tabula,~~
~~si naturam spectes eiusque situm, intra Aquitaniam est: argumenta~~
~~sunt aquarum diuortia, quo nullum est limitem Hispania~~
~~Galliaque agnoscent.~~ In spi-
 ritualibus Cominacum Episcopum Aranensem agnoscent. Legali iure
 debitum ad quos pertinent Catalanos no, an Aragonios. Nam
 ad Barcinonensem Senatum provocatio illis est; sed Germana Re-
 gina, quo tempore Hispaniam a sepe Ferdinando gubernabat, privile-
 gio: contra Sacerdotumque Aragonij sunt, non lege, sed consue-
 tudine, tam mixta iura sunt. in ea valietate excludendi
 non erant a nostra Tabula.

Celi aerisque tempe-
 ries.

Temperie aeris optima salubriusque, benignoque celo admodum
 Aragonia gaudet: neque ut Prælia nimio torretur æther, neque
 ut Cantabria immoderati riget frigore: quamquam, qua in mons-
 tes surgit, Pyrenæos præsertim, extrema est frigiditatis amplexus: hor-
 rida nixus multis mensibus summa montium tenent, unde aura
 ventique frigidissimi Provinciam impure peruagantur et lacessunt,
 sed inde tamen salubritati soli aerisque, corporumque valetudinis
 salubrit. Nebularum isto regno aut nihil aut certe parum; nisi
 que Heros infirmitat sese: quo nomine non ~~rare~~ ^{semel} male Casus
 raugula audit, sed tamen raro. Sicculosa Regio maxime; ut so-
 pe sex integris mensibus neque nubes videat, neque imbribus
 maderat, quos desiderat. Non nulla et si iniuria; sed damnicam
 munio solatio est; nam qua Hispania Regio tantum imbrum
 bibit, quantum aut videret, aut possit? Davi in planis fontes:
 que causa oppidis non admodum frequentem Provinciam facit;
 maxime qua militaris excurrit via a Fraga oppido, qua
 Gallica Flavia est, ad Darocam Pilsalimque: et que Ca-
 saraugulla vbi circumiacent. Cetera frequentiora sunt,
 et multis locis frequentissima, ut supra M. DCC. oppida nu-
 merentur, ut singulis quadratis leucis decem fere oppida respondeant.

Soli ubertas, fertilitas
 que.

Regio fertilissima, et omnium poena rerum capax. Tam Viri
 nobilitate præcipua vbi que provenit album rubrumque: sed pri-
 mas

alio Casaraugustano
 mas illi concedenda constat. Vique Bacchus viret rubeaque, nisi
 in ijs qua ardua ^{granaquum} occupant, qua impericia Paabo sunt, ut ne
 in actu umbraculum adolescat: Nequam ingens copia et quatuor.
 Arvenus montibus tantum, quorum asperitas rigorque inimica
 Palladi. Bilibitanus ager cetera feracissimus et mitissimus, et
 omnium rerum cultuque patiens. Olea non gignit, neque etiam
 aliunde aduectas alit: natura ea sollicit. Frumentum, Ordei
 milium, Siligo, accena, et quae sunt eiusdem generis vique semi
 nantur, melioraque immenso proventus, ut et soli satis habe
 ant, et in proximas regiones inferant. Olera omnis generis, et su
 riaso ac Casaraugusta etiam Aegyptia, quae vocant, rana scilicet
 alij locis. Sed Melopeponum praecipue et sapa et bonitas mari
 ma Casaraugusta. Jam pomorum aut naturam aut genera qui
 attingat? Nulla Hispania, audeoriam dicere, nec Europa Regis
 meliora procreat, siue seruare velieas in summam hyemem
 in mensuram delicias, siue statim gustare. Ingens ea res nego
 tiationis est praesertim Bilbiti, Turispane, Darsoe, Vobtanio
 in montanis, et ubi non? Persica mala, Cotonea, Cydonia
~~ficus, pyra, Cerasa, pruna, praecora mala,~~
~~granata, et secenta alia, etiam sine cura aut~~
 cultu nata adullaque. Amigdalaram, nucum siglandium, et
 ceterarum eius generis vique occurrit copia. Anisum, Cumi
 num, Coriandrum, et granorum siue seminum alia non com
 memorarem, nisi ab alij in suis describendis animaduertentem fa
 lum esse. Sed Croci ingens inter cetera et quatuor et nego
 tiatio, vinuit enim et nobilitate et praestantia quidquid eius ge
 neris Hispania nouit. Linum Boria praestantissimum procre
 at, et quod ne Sertabitano primas concedat: nam Cannaben
 vique agrosunt. Bombices ante paucos annos induiti mira
 quam ea negotiatio creuerit, mox testantur arbores, vnde ani
 mantes illi pasuntur, immenso numero sata plantaque. §
 Pecore nulla alia magis abundat Regio, et ijs qua inde proce
 niunt, Lana nobilitate praecipue, maxime in Albarracini
 Urbis tractu montibusque, quae nulli cedit bonitate; Lacte, capro,
 Butyro, pellibus, praecipue Hircinis, quae Casaraugusta para
 ta hirtaque in Hispania hta nomen habent. ¶ Et pecoris qui
 dem tanta copia, ut in Regnum Valentinum hto anno gre
 gos

Caspe cuditur procrea
 tanta caputanti et amp
 ros non sequit modo e
 pro illis sint, sed supero
 etiam.

aurea, cithraque proue
 aut quidem, sed non sine
 et in agrico.

Fosili salis tanta co
 pia prope Casaraugusta
 et in omnem Hispaniam
 Galliamque satis esse pot
 sit. candore saporeque
 sine ulla amaritudine
 tale est, quali Plinius
 principatum insignibus
 concedit.

§ Gagate Calchantique
 Montaluanum ferax.
 men salinibusque vique
 obuia. Calceana etiam
 menicam terram fodit
 ¶ Nam et Itharis magna
 que copia est, cui latin
 nomen non esse Plinius
 auctor, quo frutice con
 so minutatim siccantur
 stignanturque pelles.

6
ges innumerari prope modum inducantur. Carnium praecipuus sapor bonitasque. Mel, Ceramque habet Aragonia quibus satis est sibi, superque utrumque excellentissimum. Sed Alcoris in utroque laudem habet. ~~Aragonia sua sibi etiam in seipsum~~

Nec uno loco alucaria
sunt mutantur, ad tempe-
raturam et loca conferenda:
erit, nisi fiat, dispendio.

et ex Plinio notis sunt [His
unia hunc olim ceterior
ntum dabat, nec ista, sed
tra centum millia passuum
ca Segobricam urbem]
Segobricam prope Albar
unum super satis constat.

Transeamus ad alias. Metallis abundat regio tota. Ferrum
optimum effoditur ad Viesam oppidum ~~apud Viesam~~; ad caenum ma-
teriam non inferiori bonitate. Argenti fodinae sicut ad Viesam ean-
dem, quaque opus a paucis annis intermissum, maiore scilicet
aetate certiore ferri questuras. Prope ^{Borgiam Caserea} ~~Segobricam~~
est oppidum Argentarij celebre. ^{Argenti primum non raro} Alabastro ^{utque} ~~utque~~ ^{non raro}
occurrunt, speculares lapides, ~~non deinde deinde~~. Marmorata nigra non uno loco
excinduntur, sed nobilissima ad oppidum Calatorum inter Bilbi-
lim et Caesaragustan urbem. Gypsum tam frequens est, ut in
via ea nonnulla terreni videatur: quidquid in Aragonia edificia
ru' exurgit, e coelo ~~latere~~ gypsoque est fere, opere firmissime et
ad duritiam maxime comparatis, et quod magnum sit, materia
maxime parabili. Cetera tanta bonitate, ut ne Naxias desideres aqua-
rias appellatas, nec Creticas Sclarias. Christalla Caenus habet,
habet etiam Pyrenaeus non uno loco, ^{et precipuos lapidum generum} ~~et sexcenta aliam~~ ^{et}
~~non~~, qua sit longum percurrere.

viculorum ~~apud~~ ^{magna}
non raro copia. ^{notissimum}
etiam in sylvis summa
arborum facilitate, nec le-
vem caprearumque ali-
umque animalium feri-
mones sunt.

Venio ad animalia. Equos Aragonia procreat non degere
res, et notis sunt ex Strabone Celtiberorum equi, quorum subalbi
essent, si in ulteriore transduerentur Hispaniam colorem permu-
tabant, et agilitate et currendi dexteritate caeteris Hispania pra-
habant. Boves, sauros, mulos, et sumentorum alia genera:
et domesticorum quidquid alicubi est in Aragonia est, ne sigillatim
omnia referre cogamur. In montibus Ursos acerrimos Apesque.
Sed praecipue animalium genus quem Sarricum Montani appellant.
de quo inferius. * Pinguis parca inhabitantur amnes, nec tanquam
desiderantur admodum: nam cum equo ferme intervallo Ara-
gonia ab utroque distet mari, utriusque meruimonij diuis est.

Imperium maiorum.

Celtiberos a Celtis et Iberis genitos accepisse a genitoribus
nomen multi prodidere. Martialis Nos Celtis genitos et ex Iberis,
esse dixit. et Poetarum quipiam alios

— Profugique agente reuulsa
Gallorum Celta miscens nomen Iberis.

inquieto quondam gens et prope inarmata; ut supra ducentis annis
 in armis steterit contra Romanos; ut non immerito totius robur
Hispanie appellauerit ^{Lucius Flavius} ~~iste~~: Magni spiritus et indociles seruire,
 nisi per excenta certamina: peribituri etiam in insentia et li-
 bertate, si tam bonos nati fuissent duces, quam ipsi milites erant.
 exemplo Numantia sit, [qua In bello Celtiberico, quod ad cursum
 Romanum populum gestum est, virtutem propriam obtulit, quod
 tricesimum duravit ad annum, complures enim exercitus cum im-
 peratoribus ad internecionem detracti.] que Strabonis Verba sunt.
 Sed Numantia tandem exiit, et Celtiberi in Romanorum ius
 concessere. Primi nationum exterarum qui sub signis Roma-
 nis meruere militia mercenaria, auctore Livio. Romanos
 Gotti ista Celtiberia populere, Gotos Africani Mauri: Hi Regionem
 occupauere omnem, vrbesque potissimas; nihil ut in planis esset,
 quod in eorum iura Hannica non transierit. Que famem illam
 belli effugere reliquit, recaperere sese ad montes Pyrenaeos in-
 ter flumines Aragores, vbi collectis animis de nouo imperio capi-
 tari ceperunt. Patet inter duos annos regio aspera illa quidem,
 nec amplius quam quatuor in latum leuis, in longum quin-
 que. inde leuibus primis excursionibus, post cuius preliosa
 ceptis hostes, Imperium propagari ceperunt; et verus illa Celtiberi-
 rum gloria renouari. Mox iuncto per Conuallia Suprabienensi
 Regno, qui hactenus Comites Aragonie dicebantur dici Reges
 cepti sunt. Succedens ipsis animosiores facti in plana Regionis in-
 tuere signa, cedentibus quauquam inuis hostibus, donec Cesar
 augusta Vrbe, deinde Regione ista sunt ^{potiss} ~~potiss~~: Catalonia con-
 iungi iure Regno est addito; Valentiam, Balearesque Insulas
 expugnator adiunxit a Mauris assertas, hinc Montispeulani prin-
 cipatum hereditario iure possedit ~~idem~~: que tamen dicto post
 in Gallorum Regis iura concessit, ~~nonnulla admodum~~. Si-
 ciliam Perus cognomento Magnus Caroli filius distali Consta-
 tie, Manfredi filie, vxoris iure inuasit promis Siculorum
 animis, occupauitque: que tandem post bella et lites apud
 Aragonis mansit. Neapolitanum Regnum Alfonsus Sapienter
 magnanimusque diuis adoptione accepit primum; post bella
 et armis inuasit conseruauitque. Nequa diu mansit apud poteros illius, illegitimam siue per
~~ita~~ ^{ita} Scilicet: iterum que

iterumque Ferdinando Rege Catholico redijt ad Coronam Aragoniæ
 armis fractum dominumque ^{qui post Navarram adiunxit, et Grogallum} Sardinia iura Jacobo II. delata a
 Pontifice, quamquam possessio sine sanguine non stetit. Ea merces ha-
 bito fuit prodigalitati sine exemplo, qua Sicilia circa cessit in Pon-
 tificem, quamquam incitis Siculis, qui ad Fridericum fratrem an-
 nia sub nomine Principis detulere. Is insulam non ab hoste sed
 Pontifice ^{Gallogue} sed ab ipsius Jacobi fratris armis, mari terraque tutatus
 est, magna cum Aragoniæ nemini gloria: donec ad unum om-
 nia devoluta sunt. ^{Martirum} Elisabetha Castella unica heres Ferdina-
 do partu Castellæ Regina Italia attulit, addiditque Aragoniæ
 mox Occidentis imperium, qua contineri in immensum patet, in-
 sulæque pulsantur oceanis, accessere cum in finibus thesauris, Cæcum
 bo Genuensi inuentores, Cortesio, ^{que genus ab Orca vixit Aragonia} aliisque acquisitionibus. Philip-
 pus Austriacus Belgium, et qua Belgia annexa in regnum Hispa-
 niarum Patrimonium intulit. ^{quæ genus ab Orca vixit Aragonia} ^{disiisse ferunt,}
~~Cardus Maximus Augustus longobardia accessione Imperium~~
~~Cardus Maximus Augustus longobardia accessione Imperium~~
~~Cardus Maximus Augustus longobardia accessione Imperium~~
 Cardus Maximus Augustus longobardia accessione Imperium
 auxit: Philippus eius filius Lusitaniam cum Orientis impe-
 rio ^{addit} ut in vicis ditiorum sol ortum occasumque videret, vocalio
 decurreret, quam vicis Principis imperio. Sic ex parvis initij
 Aragonia crevit Regnum, primaque adeo fuit Provinciarum Hispa-
 niæ, qua domesticis compositis disidijs, abortaque Religione arma
 et vexilla in Italiam intulit. Sed Geographicas Tabulas Neapo-
 litanam, Siculam, Valentiam, Castellanicam, Balearicam,
 Sardinicamque addere visum est tantum. Ha enim proprie
 provinciæ Patrimoniales Aragoniorum sunt regum. Cetera si-
 bi Castella arrogat, et cum communia sint, communique par-
 ta parte ^{at Regem eodem} tanquam proprijs gloriatur, et id gentis ingenium
 est. Aragonij modestia curis constat. At Navararum ac Neo-
 patria Ducatum communi Castellonorum et Aragoniorum Mar-
 te, commixtoque partum labore, Duce Rogero Lauria, inde
 gum iura concessit. cuius in inferiore margine Tabula
 habes, a Nobis utcumque delineatam.

que tamen hereditario
 iure, mascula deficiente pro-
 te, ad se Ferdinandus per-
 venire contendebat.

Militaris virtus.

Nunc quanto sunt Aragoniorum ingenia, quanta militaris
 virtus, ac peritias pato percipis. Parvi Celliberorum manipuli
 aciesque non acies Duce Numine brevi Pyreneorum clausi

conuel

conuale, cum domesticis primis sed potentissimis hostibus, a quibus
 Patres profligati ac caesi ad internecionem, nullo exterarum genti-
 um auxilio venire in arma: ipsi aut passis aut caesis victimis ⁱⁿ
^{verita} alio conuertere; ut formidinem inciperent magnis principibus,
 nec metu solum sed et victoris orbem implerint, famaque nominis
 perculerint; ut eorum societas etiam Graeci, etiam Barbaris per
 immensa viarum spacia, expectanda ac procuranda videretur. Atqui
 acquirere potuerunt Imperium, seruare ^{etiam} potuerunt; quae non minor
 virtutis gloria est; et haec nunc in minutum nunquam fuerit, donec
 Itaque aut pacis amore a bellis abstinere, aut misericordiam ceden-
 tes vicina ac consanguinea gentis maluerit stium quam simul-
 tates sustinere. Non hic verbosis scriptorum testimonijs rem orn-
 mus, sed factis illabramur ipsi, qualesque per ea tempora nulla
 se ratio magis tollat.

Accusant vrbes, resque ipsa breuitatis admonet. Princeps eae
 terarumque Regina, atque adeo Hispanici Imperij prope est ut dica-
 Caput CaesarAugustus, a Cesare Augusto et sita et nominata
 loco plano ad Iberi annis nobilissima dextram ripam. Colonia
 immunitis Plinio dicitur, id est libera. ~~deinde conuenit de deo~~
~~inter de scriptores non conuenit a caelo de deo in caelo de deo de deo de deo~~
~~haec conuenit in magna in magna in magna in magna in magna in magna~~
~~de deo de deo de deo de deo de deo de deo de deo de deo de deo~~
~~de deo de deo de deo de deo de deo de deo de deo de deo de deo~~
~~de deo de deo de deo de deo de deo de deo de deo de deo de deo~~
~~de deo de deo de deo de deo de deo de deo de deo de deo de deo~~
~~de deo de deo de deo de deo de deo de deo de deo de deo de deo~~
~~de deo de deo de deo de deo de deo de deo de deo de deo de deo~~
~~de deo de deo de deo de deo de deo de deo de deo de deo de deo~~
 Saldubam antea vocitatum Plinius scribit:
 de conuenit illa quae de deo in magna in magna in magna in magna in magna in magna
 tio fuit, ut alij ab Iubae conditam, quaeque Iubali domum dicta,
 somniarint: alij a Iuba Mauritania Rege, quasi Iuba arcem
 maluerint, non bona admodum fidei scriptores, qui somnia pro veris
 Historij obtrudunt sine teste. Alij cum plures in Hispania vrbes
 simili sono litterarum desinentes egerent. Osensam, Onobam,
 Saldubam, et sexcentas alias, eo deducunt, ut putarent Saldu-
 bam Salis domum veterum Hispanorum, ^{fuisse} lingua ^{fuisse} appella-
 tio nisque causam Salem fuisse, cuius vigens copia non procul ea
 vrbe

Vrbes.

257738

~~fundam. anglic. constantin. florent. sed et aliorum quae in ipsius ecclesia
 inchoatae sunt. Habuit Caesar Augustus
 Episcopo ab ipsi nate Religionis incunabilis ad nostram aetatem, ut
 ne manorum quidem imperio interrupta seriem magno coniecture
 persecudant. Post Iacobum, Athanasium Theodorumque ab eo ~~ad~~
 institutos. habuit.~~

~~et aliorum quae in ipsius ecclesia
 inchoatae sunt.~~
 Hinc Valerius, Simplicius, Ioannes, Maximus Praeuliores seu
 doctissimos ac doctissimos viros. Erecta in Archiepiscopalem sedem anno
 Chr. ~~1530~~ ^{C13 CCC XVII.} a Ioanne XXII. adnitente Iacobo II. Aragonis. Ex eo
 tempore seu iuris est, cum hactenus Sarracenis esset Provin-
 cia. Templum magnificum et supellectile et structuris. Canonici
 hactenus Regulares, ante paucos annos facti saeculares sunt. Qua-
 sed in Templo S. Mariae ad Columnam Religiosi sunt Canonici cum
 Priore etiam numero sed de urbe nobilissima alias copiosius.

Conciliorum Cesar
 Augustanorum mag
 in ecclesia auctoritas
 nec minor templi
 istos, quo Aragon
 Reges inaugurari
 libris constat, Archie
 eorum ministerio.

Calatajad Calatajad dicta primitus ab conditore Ajuba, quasi
 Aiubi oppidum Arabica voce Manorum aetate; quanguam non longe ab
 ruinis Bilbilis antiqua: locum nunc collemque Pramola appellant, et
 vnumurque vetustatis monumenta passim. Cognomine Augusta innumis
 donatur ~~paphia~~, et Municipium appellatur. Italico fuisse eire numi per
 scudent: ~~qua mania et tempore etc.~~ Romanorum
 auro ferri gloria clara fuit, cuius rei extant nobilium scripturarum
 testimonia. Alect urbem solo pulcherrimius amnis, qui in vicus ductus
 campique inuectus agrum Bilbilitanum irrigat certissimo proventu
~~et aliorum quae in ipsius ecclesia~~

~~et aliorum quae in ipsius ecclesia
 inchoatae sunt.~~
 Bilbilis nunc in faxone relictum, loquuntur etiam quanguam quae odia
 nigrae argenti aqua in ipsa ecclesia per se per se per se per se
 digna de tota urbe, nunc in ipsa ecclesia per se per se per se
 quae et ipsa ecclesia per se per se per se per se per se
 in ipsa ecclesia per se per se per se per se per se
 in ipsa ecclesia per se per se per se per se per se

Urbeni ambiunt, steriles,
 sed e nativo Gypso; inde in structuris perata materies. Pulcherrimus
 fructus ^{militimo agro}
 Ultor celo, acre saluberrimo, ~~Religiosum~~ Christianam amplexos lego
 Bilbilis anno Chr. XLIV. Hinc Martialis ac Licinianus prodigere:
 aliquae domi et militia strenui. Erecorem etiam habuit Iunientem
 Abbatem Benedictinum, cuius nomen relatum est inter diuos. Episcopo
 Iuriasonensi Bilbilisani parent: quanguam urbs Caput est nobilissimi Em-
 uentes, qui recipit LX. populos aut circiter, quos haec nota C. notandos

curavi

A. B. C. D. E. F. G. H. I. J.

curavimus.

Taracona Veteribus Turisio fuit, venerandae Urbis antiquitatis et nobilitatis Municipium, quo nomine in numis confertur. Urbem interluit Caelyps amnis ferri gloria non minus, quam Salo, nobilitas. Cauro monti subiecta est, et Episcopalis Sedes ab ipsi religionis exordijs, et Episcopi cum dignitate et census post Casaraugustanum primum: quatuor et viginti aureorum milia annui redditus excedunt. Episcopos habuit ^{diecesis tria Regna per} ~~Aggit Castellam Maucarram Aragoniam.~~ ~~Prudentissimos, interque eos Gaudiosum et Prudentium, a Poeta Casaraugustano alium. Urbis est caelo benignissima, solo uberrima, ut nec Bibilitanis invadeat agrum suum.~~ ~~Imperii ecclesiarum curae obsequium~~ ~~videtur esse curae curae obsequium.~~

Osea nomen retinet leuiter tantum commutatum Huesca dicitur. Cognomine Victoris, cuius in numis multa mentio. Antiquitatem nomen prodit ab Hispanis ante Romanorum aetatem inditum. Eius multa mentio apud scriptores: Plutarchus amplam urbem appellat. Nobilitas caede Sertorii, et Gymnasij ab eodem instituto Veris adolecentibus in Aduendis. Gymnasium quale nunc exstat Perus IV. instituit Anno post natum Chr. C12. CCC LII. Felix Urbis agro, felicior civitas. Nam et Vincentij Leuita, et Laurentij Martyrium ^{natalibus} gloriantur: habuit etiam Orientium ^{orum} ~~Aufidum~~ episcopum, Orientium item Patriciamque, quos fama Laurentio parentes dedit. Episcopalis Sedes antiquissima etiam nunc perseverat. Oseensis ~~causa~~ signati multa in Livio alijsque scriptoribus mentio est. Caetana praecipua esse urbem Nonius viri diligens prodidit: sed lapsus fuit: cui errori occasionem dedit Mariana nollet, qui pro Aragonia Catalaniam posuit.

Lacca modica, sed pulcherrima Urbis in medijs Pyrenaeis. Veritatem nulli Hispaniarum inferior; Indubita et Mandonij Patria quorum Caetibero bello multa fama, et mentio in Livio. Ab ea Lacetani dicitur Plinio Ptolomaeo et Straboni: eodem cum Lacetani Livij Caesarisque non minime coniectura persuadent, maxime situs. Ea post excessum semel Maurorum cuius prima Urbium Aragonia in nostrorum venit potestatem; ibi auspiciat prima Imperij Italia fundamenta. Gelasca sunt anno DCCC. II. quo tempore Episcopus habuit, qui et Jacenses, et Aragnij dicitur. Sed ea post intervallo temporis dignitate spoliata, erecta iterum est in Cathedralam anno C12 D LXXII. Ad Septentriones Ara optima firmata est cum propugnaculis quinque.

id munimentum Hispania habet adversus Gallorum ^{impulsum.} ~~severitatem~~ ¹³

Turulis: eo nomine libuit urbem appellare quae nobis Senus dicitur, a flumine Turia, ut patamus, cui est imposta, qui Ptolomeo Turulis etiam dicitur. Quo nomine apud veteres conseretur nescimus. Cui Syriaciam dicitur videri, velleam auctore aliquo pronunciantur. Non magna urbs, sed dicitur tamen ^{frumentis} ~~frumentis~~ pecora, et quae inde provenire solent; maxime autem commercij utriusque Regni; nam ad extremam Aragoniam est qua Valentiam spectat. Episcopos habet non ante multos annos, cum prius Archiepiscopalis civis esset.

Albarracinum nonnulli Lobetum esse vident, quorum nec probamus, nec improbamus sententiam; alij Evcaucam vident; sed Evcaucam alibi sitam fuisse putamus. Parva est urbs et loco sita incommodo et sepalis circumta, arte et natura munificentissima. Indigena sacrificio vivunt et pecore; nam Lanerum eo tractu praecipua laeta in Hispania summa velleis tenuitate. Sedes in ea Episcopalis exiit prope Civitatem annuam CIOCLXX. ~~Quaeritur quomodo sita sit Albarracinum prope Senus auctore aliquo pronunciantur~~
~~quod dicitur fuisse in Senus~~

Barbalbum videntibus Barbinam fuisse putatur, non magni fedine, visore tamen urbs praecipua: feracissima rerum omnium, ad ipsas quaque Pyrenaeorum radices sita. Episcopalis sedes est ab anno Christi CIOCLXXIII. quaquam et antiquitus Episcopos habuisse satis constat.

Borja Bestinum fuit: hinc nobilitate ac tenuitate praecipua. Municipium cum esset in cura Urbium vocata est ~~urbs~~ ab Alphonsi quinto.

Dobrema Daroca sive Urbium, vberissima solo, saluberrima celo, ~~magnorum ingeniorum curam.~~ haec illa est urbs in qua clappala illa prodigiosa servatur cum sacris hostijs quinque; quae mutata in sanguinem ante cccc ferme annos foma rei gestae obem implere Christianum. Spectatur hodieque marmorea cuiusdam effigies, qui ~~causa fuisse dicitur~~ ~~causa fuisse dicitur~~ periculi poena subiit, in lapidem versus. Darocam lambit Siloca amnis, qui in de Bilibim delatus Saloni immergitur.

Urbibus peragratis de Fluminibus dicendum. Sed praecipui tantum. Flumine Iberus, a quo sicut Hispania tota nomen habuit Iberia dicitur. Nam

qui

qui ab Iberis Asiaticis simili donato appellatione Hispanos et flumen
videre, dicinere mihi videntur in re parum competere. Indigenis Hebris
dicitur. Plinius hoc sentit. [Iberus fluvius Hispania nobilissimus, navi-
gabili commercio dices, ortus in Cantabris haud procul oppido Julis
briga, quoad ^{viginti} ~~quadragesima~~ millia passuum fluens, navium per ducenta sexa-
ginta milia a Narva oppido capax: propterquam uniuersam Hispani-
am Graeci appellauerunt Iberiam.] habetur ea lib. III. Cap. III. In-

Iliobrigam non Logrono,
duere nonnulli, fuisse
ita passadem. Varians
ius Logrono esse existi-
mus, ab eaque vlti na
um fuisse potenter He-

gens fluvium, nec pro magnitudine tamen Aragonia ^{non modum} passim: Nam
non nauibus, sed nauigij paruis solum praebet nauigare vltiori-
bus, sive exportandis, sive importandis mercibus, facultatem. Straboni
autem, ab eaque vlti naeque ponte iunctis lapideo immensa molis, non ad Caesaraugustam,
um fuisse potenter He- sed ad Celsam (Ceniam) Vithiam Iuliamque cognominatam, infra Ce-
saraugustam Leuis VIII. Nunc Xessa est. Inde ad Dertisiam non
portibus sed nauigij superatur affixis vtrinq; rudentibus, opor-
tunisq; ad cuiusmodi commercia intervallis, et itinerum commodi-
tates. In nullo haecenas riuo duci potuit demissa maxime aede
presso alueo, nisi qua Nauarram praeterlapsus Aragoniam subit:
quo loco ingenti opere Caroli principis liberalitate molis excitata
est, qua cogitur annis, emittitque aquarum quantum satis est ad
irrigandam regionem proximam ingenti scilicet indigenarum com-
mo. Nihilitas ^{multis} maior esset, si aluei humilitas eisdem rei commo-
ditatem alij praebere loci. Aquarum Iberi praecipua ad Potum
Lauri cum et limpidissime sunt ac immersis, que decurrunt, vltari
spatij perpurgatae. Piscium non admodum ferax est, sed necesse
restituam.

Potus Iberum solo locum et nomen meruit. Annis est non
minus aquis quam nobilitate armis: eo enim cadens immersum ferrum
impenetrabile est, cuius rei multa in Plinio Martialique et alij non-
ti est. Nunc deflexa parum voce Xalon dicitur. Ortus ad Metimna
Celimi Castellae vrbem ad Haritam Aragoniam subit, quoad usque
Ibero immensus sui nomine currit. In infinitos ductus riuos campo
vibriat fecundatq;que, ut quacumque alluit vberissima Aragonia cen-
seantur iura. Nam quoties aquis interit pluuiabibus, campis inuehitur,
et arua tanquam fimo fouet, proventu eorum que committuntur
certissimo.

Arago tertius est, a quo Aragoniam dictam diximus. Eius fin-

tes ad summa Pyrenaeorum iuga ad S. Crutinae monasterium qua-
 tuor supra lacum vrbem Leucis ad septentriones sunt. Inde per scopulis
 decurrens montium lacum Lambert: mox sinuat sese in occidentem
 Nauarramque pertinet demum vero exiit ad Alfaram. Annis est ni-
 hidissimis aquis nobilibus, piscationeque truttarum sapore praecipuo.

de Arago alius cognomen
 Subordanus Vallis de
 mediam interfuit, meo
 gona exiit; neque
 vtriusque ripas Arago
 patet comitatus.

Gallias nostras Gallego vapantissimus est ac vrbis feris agitas
 his decurrit. Oris ad Salientum oppidum in summo Pyrenaeo, in
 que Aulorum delatus Casaraugustam pertinet, ac prope illam vero in
 mergitur. Ab hoc flumine mirum quantum vrbis Casaraugustana
 agro proueniat: cuiusmodi portae ingentis operis ac longitudo mi-
 ra, cuius tamen partem maximam diuidit non ante multos annos
 aquis niuibusque feruente merserunt. Aquis simplicissimis est ac ma-
 xime tenuatis, ~~seu quae tenuissimas ac vrbis aquas praecipue~~
~~propter eorum cuncta respectum dicitur quia aqua hanc hanc fontem~~
~~seu quae tenuissimas ac vrbis aquas praecipue~~
~~seu quae tenuissimas ac vrbis aquas praecipue~~
 et mirifica concoctionem, et vrbis maria diuuantibus.

Cinga Ripax Lucano dicitur, nostris litterata mutata Cincas
 est, eius et apud Caesarem multa mentio posita inter ipsum Sicorin-
 que calbris. Oritur in summis Pyrenaeorum iugis ad oppidum
 Viega: inde Suprabij partem ac Ripacurtiam alluens ad Fraga
 oppidum Regno excedit, postquam excreuit aquis Ara, Eseraque
 amnium, mox Sicori felices immingendus. Nullus Aragonia fe-
 uiorum, ^{horum si demas} aut longius currit, aut aquis maior est. Piscosus est am-
 nis optimisque aquis, sed praecipue truttarum gignit.

Furiam sunt qui seu appellent. Straboni Durias est,
 alij Duria Durisque. Sed et Sallustius et Claudianus Furiam
 vocant: Floribus, et roseis formosus Furia ripis. Ptolemaeus Fu-
 ralem eo trache nominat: Hispanis Arabica voce Guadalauia, ani-
 hidissimis aquis dicitur. Ad Albarracinum vrbem fontes habet quatuor
 or ab illa ad occidentem Leucis inde in orientem currit, alluitque
 Turalem vrbem: mox ingentis sinu in Austrum vergit, alluensque
 Valentiam in Contestanis sinum Secronensem subit.

Tagus Originem Aragonis debet, vix tamen natus Castellam sub-
 it. Eius fontes sicut et Ara etiam in Celtiberia Strabo ponit. Sed
 Tagus aureis diuis araxis patet Solem vrbis Hippone alluens Ocea-
 no

no inuehitur ingenti margine. Garumna, qui Gallor antiquitas ad
Aquitaniis discriminacit, ad Orientem Aranes Vallis oritur, occiden-
tem peti^{sinuamque in septentrione}, eritque in Aquitaniam. flumis alius. ut ignobiliora con-
sulto pretermittimus.

Montes.

Proximum est ut de Montibus dicamus. At generatim Aragonis
quaequam non infrequenter in campos excurrit, montibus tamen ubi
que tanquam prominentibus in corpore verrucis distinguitur. Inde
pecori pabulum, inde cedua in ignes Sylvas, et materia praecipua
bonitate in aedificia crescit. At inter montes ut magnitudine, ita
etiam nobilitate Pyrenaeus Princeps est. In nomine exituere tra-
gedias multi: alij a Pyrae Puella Bedricis filia eo saltu ab Her-
cule compressa, ferisque postea laxata atque sepulta, nomen de-
ducere; alij ab igne malunt, qui graece Pyr est: siue quod inie-
to a Pastoribus igne uniuersus ille montium tractus olim conflaxit, stercia
liquifacta metae in fluctus abierint dicite flulus: cuius siue historia, si-
ue fabula, ut putamus, auctores non desunt: aut quod crebris fulminu
ignibus feriantur, quod uero similis est: nisi uere nomini, quod casus
montibus inditum, postea ingentis frustra Graui varias causas inducere,
originesque conpingere conatisunt, magni scilicet earum rerum artifices.

Currit Pyrenaeus, qua Aragoniam ab Aquitania discriminat, ab oris
in occasum ferme: nisi quod, qua parte Nauarram spatat, paululum
in septentriones sinuatur, triginti ~~stadia~~ ^{stades} nobilitas Leucas. Admiran-
dum natura miraculum, finesque Hispaniae ac Galliae constituti, quos
nemo transcendat audax: quasi praesaga futurarum natura parum
interiectis montibus tanquam moenibus Prouinciam alteram ab altera
rivi in cuspibus inuicisque communierit. Iouaniam exierit fere
fluentem Pyrenaeum incidentes, abundant pascuis pecoraeque, et quom-
nibus qua ex ea negotiatione proueniunt butiro, Lana, caseo,
carnibus bonitate praecipua; ut in plana importent, exportentque
inde, qua regioni asperissima natura negavit, vinum oleumque, et
alia delinamenta. ~~quae uero in regione, et in latere, et in quibusdam~~
~~partibus.~~ Tritici quantum satis est ad victum ordeumque et mili-
um, et siliginem et alia similia seminant merentque. Nihil ubi
qua se Vallis pandunt in latum, in riguaeque sunt, et vinum et
poma omnigenis, qua in multos menses matura seruantur; ali-
cubi, sed rarius, olea. Pisces abunde amnes subministrant saporis
pra-

precipui ac saluberrimos, Mellor scilicet Barbatulos, anguillas, Fruttas
 que. Jam materies in diuersa qua cumque se Pyrenaei pandit ab
 dantissime procedunt: eam crassius deorsum rariis in amnes imponunt, et
 in plana deducunt ingenti qualitate. Arborum infinita propemodum et diuer
 sitas et copia, Abietes et fagi procerissime ad centum saepe quinquaginta pe
 des, non rari ducentos; faxini, piceaeque, pinusque, et quercus, et robora,
 buxique bonitate praecipui: et infinita alia, quae sit longum percurrere. Ani
 malium praeter mansueta domesticaque obique obuia, visor procreat ^{taurorumque} mag
 no numero ferociaque.

Mentiri cum ea loca peragrarem narrari nihil
 sit eius regionis homines visam ante decem annos visam magnitudine tan
 ta ut terreret, ferocia tali ac voracitate, ut non multis mensibus bo
 ues vacasque et equas supra ducentas, interemerit, voracitque. Dul
 sa semes fame, residuum praede, siquid erat, depredare consuevit abscondere
 que in poteram. Et hominum nonnulli per imprudentiam in eam inue
 rant, qui aut malo aliere multati, aut fuga consulere vix sibi. Multis
 claudibus exciti in arma martiani, periculoque moniti, non secus in feram
 visam, quam olim in apnam deae Meleagro Aetolia iuuentus, prodere: mul
 ta etiam q̄ iudicio, qui aut commune periculum, aut maiorum imperium con
 sensissent. Itaque infinita propemodum hominum multitudo infames saltus ob
 sedere, feramque interemere tandem non sine multo labore. Spolia etiam
 num de hote suspensa visantur in publico. Et tales visor Pyrenaei alii.
 Non minore ferocia tauri sunt, quorum greges frequentissimi totiva
 gantur syluis: quorum mihi mentio in memoriam reuocat narrationem om
 nino admirandam: dabo rem qualem a babulo accepi oculato teste. Ad
 Gallici flucij fontes limites sunt Hispania Galliaeque, et regio illa per
 petuis pratis viret; eo se pabuli causa Pastores non Hispani modo sed
 vicissim Galli conferunt cum gregibus. Ergo cum aliquando babuli
 duo Hispanus alter, alter Gallus eo greges taurorum compalissent, gre
 gis utriusque dutores, ^{tauri} quasi antiquas habere simulatas fouissent immu
 gire primum, clasticum velut canerent; mox in certamen venere sin
 gulare toti utrinque gregibus inspectantibus: ^{neque d. semel. sed saepe per} in eo conflictatis post mal
 ta et accepta et illata damna Gallici agminis dux taurus male corni
 bus acceptum Hispanum reiecit, oculo etiam altero defosso. Is, sicut pudor
 fuit accepta contumelia in nich, sine nativa solertia in hote, syluam pro
 ximam saltus petiit, atque in ea toto oculo latuit, ut ne diligentissima
 questus comparuerit. His autem diebus reparatis viribus corpori animi

que

que prodit in campum, iteratque mergita lacessit hostem; qui et proxima elatus victoria, et natura strenuus, se in arenam quam primum dedit. Hic multum longumque certamen, quo ad Hispanus mora impatiens in Gallum irruit, adalogue pericula corru tandem traudavit. Tum qua se triumphum caneret crebris magicibus montium concava replevit, succinente Dacori suo amico greges. Quali putas sensu animatos esse regionis utriusque accolae, quando et inter bruta tales existunt similitudines? Sed perendum est. Apris sylvas implent, et luporum plures quam Pecuarij vellent. Sed singulare his montibus est animantis genus, Sarrivum vocant incolae. Magnitudine excedit Caprum, forma aliquantum refert, colore sub obscuris et in rubrum prono, gracili corpore, et qua collum surgit villis brevioribus ornato, erecta ceruice, ~~per~~ ~~atque~~ bifida ungula, cauda brevissima, capite caprino, nisi quod pro mole corporis paruum est, naribusque acutis. Bina succreant cornua breuia quantum spithama se parit, vix digitis tribus inter sese in summo disiuncta; nam origine non admodum distant. Odit hominum consortia, idoque et solitarius agit in summis montium crepidinibus, inuisi que rupibus, quo mortalium nec vestigia nec metus esse possunt. Velocissimi est incessus cursusque: maculosum genus, pavore perpetuo agitatum, iniquitatemque animal, ac gregatim semper incidens. Cum quieti ut sese dedit aut labido, aut necessitas suasset, unus per vici vigilat in omnem partem intentus sollicitusque: siquid periculi sub sit, admonitis sacis fuga se mandat primus; idoque et difficultissime capiuntur, nec nisi mortui. Alterantissimi sunt frigoris, ut non inuis solum scopulos, sed et perpetuas nives inhabitent: nec pluvias nec nives decedentes fugiunt, quasi non sentiant: in summis imbricum tempestatibus nunquam madeseri dicuntur, leuique corporis agitate hinc, siquid humoris insiderit, exultant, tali temperamento pellunt. Hec debuit longius, quia singularia: ~~comperimus quod etiam in montibus~~ ~~descriptum.~~ Lapidina ubique sunt mira et varietate colorum, et materia soliditate: Nauea annis etiam Lapidem gignit. Gypsum alicubi, sed rarius effoditur. Lateres pro miraculo sunt et tegulae: Lapidem tabulis nigris pluvias arcent, qua res et ad securitatem et ad decorem mirum quantum faciat, nam et piscium tergora squammarum ordinibus imitantur, et in mille figuras turrium summa formant, ubi praecipue mixtus in cultis moribus sunt. Nam

edifi

aedificia communiter et sine arte sunt, et sine elegantia, et saepius sordidissi-
 ma, maxime qua Catalania proxima est. Interiore domorum lignea
 sunt, alicubi etiam tegulae; ut praeter circumferentes parietes, omnia ligna
 continent; adeo incendia non raro longe lateque peruegantur. Fontium et
 annuum infinita prope modum multitudo. Cisternae ista abundat regio.
 mira colorum diuersitate ut et albas, et rubras, et virides et coeruleas
 non desideres. Conualles omnes habitantur, oppidaque quaequam par-
 uae, haecque insignita sunt tamen, ut supra septingenta hinc, haecque non
 hinc continerantur. Singulis conuallibus oppidum est princeps unde in-
 tra peruntur. Ad septentriones in accessu rupes et impericia omnino mir-
 talibus, ubi et aquarum sunt diuersio in Hispaniam Galliamque, con-
 tus utriusque gentis limes. Qua aspera illa et praerupta montium mi-
 tiora sunt, aditus est in utrumque regnum coniungendi commercij, et ite-
 nera ardua illa quidem. Et pars maxima manu et ferro facta, summa
 tegula opere praerupti rupibus dependens, et horroni sit profunditas, et an-
 gustia metui. Opportuni locis castella parua cum modico presidio aditus
 occupant; ut nemini aut aggredi, aut egredi nisi per media castella li-
 ceat. Id munimentum opportunum visum est ad arcendas exterorum in-
 uisias, indigenarumque ausus. Lingua Pyrenaeo communis cum re-
 liqua Hispania; sed mire corrupta distinxit, antiquaque vocabulis,
 quorum tenacissimi montani sunt, sicut et Gallorum communione
 Catalanorumque inuectis. At nonnullis conuallibus, praeter commu-
 ne, suum est peculiare idioma sermonis. Certe Confrancia oppido duabus
 supra Iacam leucis indigenas non magis aduenas intelligat, quam
 Arabas ipsos, neque illi gentium extra id oppidum lingua viget.

De Pyrenaeis dictum generatim: Nunc nonnulla singularia addo
 da sunt. Est Mos Mons est supra Venasque Municipium Elsera in
 teriedo amne. Patet in circuitu vix leucas duas, asensu non diffi-
 cilis est: sub radice multa arbore confusus; cum paulatim ascendis,
 arboribus omnino caret ad usque summum verticem; pro illis granae
 et foenumque perpetuo vivente praes: in summo fontes frigidissimi
 et saluberrimi. Pabulantur in eo semper minuti pecoris supra
 viginti millia capitem; maioris duo millia; neque unquam tamen
 herbam desiderant. Stirpibus, herbisque variis hinc ille mons abun-
 dat, ut et ^{ha}Barbarum, et alia quae vel solus oriens, vel occidentem
 procreat, etiam producat. Nunquam non aliquid ibi rarum sefferunt

eo genere. Chymici hic Lunariam utramque suis ipsorum fabulis
 istius decantatum colligant. Has ob causas herbarij medicique ser-
 pias mors illa aditus, non Hispanis solum, sed Gallis etiam audi-
 sine. Nec procul eodem oppido Mors est Mala dicta indigenis dictis,
 fabulique multis decantata. Altissimus est inaccessisque scopulis formi-
 randus, talis et iras numine proceras videatur: perpetuis succumbit
 niibus subnigris non raro cerasisque, antiquitate credo: procelis
 altitudinibus, frequentissimeque fulminibus de celo pulsatur. Ea de cau-
 sa salus adire infames audentibus impure audacia non constat; neque
 ullus se mortali carbat evasisse insummas quantumvis tentaverit.

Fama est, quæ liquescenti-
 bus niibus mors variis
 aruit, Crystalla esse, et
 uide et nobilitate præcipua:
 id quæ humanum inge-
 nium non dum aditum in-
 venerit.

~~... inaccessisque scopulis formi-
 randus, talis et iras numine proceras videatur: perpetuis succumbit
 niibus subnigris non raro cerasisque, antiquitate credo: procelis
 altitudinibus, frequentissimeque fulminibus de celo pulsatur. Ea de cau-
 sa salus adire infames audentibus impure audacia non constat; neque
 ullus se mortali carbat evasisse insummas quantumvis tentaverit.~~

Trias Sorores. Nomen
 id montis est altissimi triplici similimo vertice ad Vallam de Vie, sub
 illum Cinga sunt fontes aliorumque amnium. Abundat istis ille
 tractus herbis stripibusque valitudini aut recreanda aut conferva-
 da omne genus per commedit. Crystalla etiam esse dicuntur inter
 niivium multis annorum curricula duratarum anfractus. T. Post. 1743

Sorores ad Septentriones Marmores surgit (hoc montis nomen a
 marmoribus forte) in summo monte Lacus est (Suoas incolæ appel-
 litant) bene magnus, aquis frigidissimis, paterque parus et vitreus, ni-
 si quod profunditate invidem abit. Circumvicina rupes immensa
 perpetuis albicantes niibus. Hinc sæpe frigore ipso durata, liquescit
 tibus quæ in imos sunt, in rupium molem moremque deidunt in la-
 cum niues, supernatantque aërea cum sint natura: inde Ventis,
 qui in summo regnant sæpe validius impulsæ moventur, et tanquæ
 de imperio decertent Lacus concurrunt, reuocantque gradum aut

infa

inferant. Sape socias agmine quasi compositis simultatibus perotum
oblectari videntur. Sape parvula maioribus, velut cymbula onerarij
adhaerent: non nunquam tranquillis praefertim undis lota fluitant,
aut quiescunt tanquam in statione tutas. Donec tandem in vicem
convictae dissolutaeque in consanguineum elementum mutantur.

A Pyrenaeis plana accant, in quibus Caenus amulo cum Pyrenaeis
conate cervicem tollit, ut qui excelsiorem dicant altitudinum per ni-
vora non desiderentur. Ad extrema Regni, qua Navarra Castellaeque
iungitur, surgit; inde sese per medias insinuat terras, et in austrum ge-
minis currit brachijs, diversisque hinc inde se ramis pendens Valen-
tiam petit, nec nisi in litore Iberici maris definit. Atque hunc nos
cum esse putamus qui Celtiberos a ceteris Hispanorum discriminauit
antiquitus Polybius testis: hic illa etiam, quia Martiali Caenus dicitur, et
sterilis appellatur ij versibus, cum Sterilis tamen minime sit.

Sterilemque Caenum vicibus, et fractis acriem

Vadacerosam montibus. Quo nos parte cum Co

cum restitimus, quanguam Caenum pro Cano libentius legeremus, cum Liciis.
Notis Moncaio est. Mirum quantas Aragonia commoditates praebet
vnae Caenus. Compascua omnia sunt, ac tanta fertilitati, et saepe pe-
coribus cladi fuerit luxurians herba: sed docuit natura remedium:
nam dum tota greges in parva ducuntur, dentibus herbam demunt,
nec attingunt olivae, quoad caligata vitis pabuli, calore decoquente so-
lis, feto possint in reditu parci. Carnium Caeni praecipua et sa-
por et bonitas, ut laudatissime tota sint Hispania. In immerse
hic currunt Sylvas omnis generis arborum, sed Juniperorum
odoratissimarum laus maxima. Chrystalla etiam. Acathesque non
raro visuntur; sed qualura maxima ferri est, quod non uno loco
effoditur. Hyeme ista vicibus albicat immensis: astate liquecunt:
et tum demum ascensum praebet in summa nitentibus. Inde prospec-
tus in subiectas regiones Castellam Aragoniam Navarram, qua-
tum oculo contendere possit: adeoque supra montes ceteros tollit se-
se, ut despectantibus e summo plana omnia videantur. Prope ora
pedinem templum est D. Virgini sacrum praecipua religione, et
vicinarum gentium pietate, donarij d et anathematis isto tem-
plo testantibus.

Ad Lacus fontemque a montibus veniendum. Supra Venasque Lacus.

Muni

Municipium in summo Pyrenaeo lacus et magnitudine et profunditate
nobilis, aquis purissimis, ut in imo numerare calceos et pisces possis.
Maxima in eo percipium copia: sed fructuum praecipua gloria non tam
sapore, quam mole, ut longitudoque palmas quatuor, nec raro quinque:
27 Latitudine unum excedant cum semipie. Gallo tanta laus alius
est non quidem piscibus, sed avium tamen diversitate nobilitum sollicita
27 hioni, aucupioque natus. Ad Siloca fluvium, qui et Davocam et
Billalim interluit, fontes lacus est non maximus, sed nec modicus,
Aque vigor ne nivibus cedit ipsis: scaturigo in medio quantum eras
siccio sit bonus, perpetuum ebulliens, quasi spiritus non manent aquae
validissime, profunditas altissima. Pisces gignit sapore ac delicti nostri
lesimot, sed Anguillarum laus multo maxima, sapore suavissimo,
et tanta magnitudine, ut saepe palmas excedant quinque. Sex, nec raro septem.

Fontes.

De Fontibus pauca et singularia. Ad vallem de Lierp non
procul a Campo oppido Dipacurtia in summo monti Vertice fontes
sunt duo distincti inter se, quantum passus se parat via. Sed natura
diversissimi sunt. Alter aqua manat limpidissima salubrius: alteri
us scaturigo sanguinea, et stomacho exitialis. Ad vallem de Frotis
supra oppidum Forlas ad Septentriones fons est ignis pro fluxu natura.
Crescit decrevitque per vices siccio calid, ut saepe non minuat modo,
sed omnino sicco margine aridoque cernatur: intra quartam horam per
fem, quasi furore subilo agitur, aut in imo premanu, ebullit, et
non modo fons, sed et rivus est. mox desecit furor ille, fluitque
paucis quietusque. haec per vices fiunt saepe, nec tamen certa aut
temporis, aut aquarum lege stabilique. Huius per similes fons alius
est (imo sunt qui non viciis esse origine putant, quoniam locis diver
si sunt) qui indigenis gloriosus spaciato quidem, sed nec arroganti vocabulo,
dicitur. Huius praeterquam quod in accipere decrementoque eadem est cum
praeterito natura, illud peculiare est. Ad diem delinatum quatuor con
cursum fit ex finitimis oppidis gentibusque: procuratque rite sacris in
sacello D. Helena sacro, quod fonti impositum est. sacerdotes, gentesque
quotquot adsunt, supplicabundi procedunt ad fontem. Eo ille tempore te
nui currit margine; mox post solitas solemnesque preces, in profundo, qua
meant aquae patens, ingens sonitus, quasi venientis cum impetu fluxus.
Cum qui fons halitus sterilis, immensa aquarum vi margines non im
plet solcum, sed transcendit, ut rivus sit; et quod vere mirum, nullis a

gitatis

gitatione concitatissima contrahit sordibus, videt purissimus, semelique Cing
 hallo rapido decurrit cursu, ut et lapides et saxa secum vehat. In medio
 furore ferociterque rapit unda sistipulas, paleasque in Cruces formatos
 iccerit, immoque perstant, nec cum fluctu rapiuntur fluitantes in summo.
 cum tamen ligna etiam grandiora et lapides secum vstet. Accedit et
 aliud non minus ~~novum~~ novum: tanta cum manet aquarum copia,
 nunquam tamen unda Gallico amni, qui quam proximus est, cingi
 tur, licet per deversa decurrat. Natura secreta servata aliorum sit.
 Ad Oppidum Taracaclos prope Bilibim ad dextram Silocæ fluvij
 ripam fons est cuius natura admiranda visque singularis. Purgat in
 potu admodum validissime, sed sine ulla fastidio, sine ulla torminibus intra
 brevisimum semihora spatium: nec purgat nisi quæ purgatione indigent;
 peracto officio percat eggerit, qualis sumtus erat: id indicium sanitatis.
 mirum quanta virtute polleat ad desperatos inueteratosque morbos. Os
 re gravi molesto est: sapore in cordis præcogit: sulphuris nempe
 venis exceptis, materiei virtutem grauestentiamque contrahit: argu
 mento est, quod argentei in illum coniecti, intra exiguam moram au
 rum imitantur colore expulstanturque, et quemlibet fellare in sium frau
 dit, mox quam facile personam induerant, exiunt, trahati manibus
 aut veste. Ad valem de Vie Fons seaturit medicis aquis scabie
 laborantibus præsentissimum remedium siue eo abluantur infecta me
 bra, siue sumatur in potu. Supra Oscam urbem oppidum Nuero
 est: in eo ~~fons~~ Fons est admiranda virtutis ad desperatam sanitatem re
 parandam. Aquæ ante paucos annos frequentari cepit, et restitum
 multæ sanitatis fama celebratur. Itaque ista: eius vis efficacissima illis,
 qui aut calculo aut rensum dolore laborarunt. Balnei nulla ma
 gis Regio abundat. Supra verasque aque sunt calida non ante multos
 annos reperta; Ad Panticosam oppidum alia, exterorum indigentiumque
 magna frequentia celebrissime. Sed Lani maxima Põlitanarum,
 ad oppidum Alhamas, quod ~~et~~ nomen Arabica lingua Aquas calidas se
 nare dicitur: quibus nulla tota Hispania ad medicina usus apta ma
 - gis. frequentia mortalium famam auxit oppidi alioqui ignobilis.

Nam de publicis operibus. Casaraugustanum templum Magni
 ficum: Franciscanum in eadem urbe immensum Vno comprehensum
 fornicum ordine: Patrum Societatis Iesu pulcherrimum. Terris
 horaria, (Novam appellant) altitudine necias ^{an} pulchritudine admi

Opera publica.

+ Oppido Hiermas ad
 uarra confinia nomi
 a Hiermi factum credit
 nam et aquis abundat co
 ce vestigia thermarum
 uantur.

randa sit magis, ista e coelatare et summa arte facta acta pedes
70 ~~Sex~~ ^{res duo} ~~atque~~ quibus iungitur Verus admirandi operis, lignus al
ter, alter sarcus uterque longus DCCC. pedes Romanos. Aegrotorum
pauperum hospitium ista celeberrimum Hispaniae in quo supra DCC.
Viri foeminaeque Varij impediti morbi, et ope medicinae et solatio circuan
tari sumtu ut ex rationum constat libri aureorum in annos singulos
millium XLV. aut I. cum tamen certi confus annui V. Millia
non exadant: magnum Caesar Augustana pietatis monumentum. Ad
ministrant pauperum patrimonium e cetero ordine lectissimi, qui
et patrimonio sine grandi, et tibi: scilicet ut pro filijs Pauperes sint.
In Urbe Taruca ad avertendas aquarum inundationes exitiales vni
ingenti et vere regio opere moer ingens perforatus visitur tanta con
71 gitudinis ut ~~cum hactenus sub capite hactenus fuit et sub hactenus plan
tandus, multitudine aquarum et sub hactenus fuit et sub hactenus plan~~
rationi possit. Cetera percurrere longum sit: de Campano ore admi
rando proferre tacere, piaculum. Ad Nilivam oppidum (quo nos Dec
litanos Pliny locandos putamus, Romana donans civitate) Campanum
est male non magnum, quod impellente nemine, suapte pulsa ipsius sae
pe raucum quiddam insonat, exitum atque magnorum principum cla
des, aut comunia sive pericula sive commodas portendere. Anno certe
CLII. CCCC XXXV. quo anno Alfonso Rex cum Germanibus naua
li praedicti ~~confessis~~ pugnavit male ab eis captus Mediolanensique tradi
tus viculidiam, sonare auditum; et saepe alias: novissimeque ante
72 paucos annos diebus multis per intervalla quaedam: cuius rei testes
infirmis propemodum oculari aurisque hodieque sunt.

Politica.

Leges Aragoniorum singulares in Hispania. nec tamen omnes
scripto contenta, resident in Sapientum capitibus multae, quas Obser
vantias vocant. Summa potestas in Rege est, sed legibus tamen tem
perata, et ab eo provocare licet ad supremum Magistratum medium
inter subditos Principemque (Iustitiam vocant) Hic non populi fauo
re et partibus ut olim Tribuni, sed legibus armatus, praesidio gentis.
Sacrosanctus habetur, cuiusque vel Labafactare auctoritatem, vel imi
nuere nomen, sacrilegium. Hic verum Arbiter temperatorque quida,
constitutus. Quo fit ut Aragoniorum respub. temperatum quid ac
mixtum sit ex Monarchia ac Poliarquia: ut nec populus parere
regibus recuset; nec ij potentia potius quam iure cum populo age
re

re videantur. Senatus Sublicus a Regio alius, e quinque Senatoribus
 possit. Prorex Regis personam sustinet, nec nisi dum Rex extra ^{creram} ~~tra~~ 97
 geniam est. Is belli et paci somnitet est. Senatum Regium Senatores
 decem constituunt. Horum quinque in crimina inquireunt, poenasque de
 sententia sumunt: ceteri in civilibus iis dicunt. In senatum a Rege
 leguntur doctissimi iuris, ac rerum prudentissimi. Et Praetori Regni,
 (quem Gubernatorem dicunt) extra Caesaraugulam urbem et auctori-
 tas et ius est: sed in crimina praecipue: Intra urbem cum Prorex aut
 morte, aut ~~tempore~~ cessat transacto biennio, eius vices subit, aliqui
 Rempublicam non attingit. Leges Aragoniorum ut optima sunt, ac pra-
 clare constitutae, ita earum ratio tenacissima est. Rogari aut abroga-
 ri non extra comitia possunt: nec comitia nisi praesente transigi prin-
 cipe, nisi volentes ipsi alium Principis vice substitui patiantur: habite
 que fieri. Ius Suffragij Ordines quatuor hominum habent, Ecclesia-
 sticus, Patricius, Equester, Civicus sive Municipalis. Extra Reg-
 num iudici non possunt. Ea suprema bello et pace auctoritas est. +

Nobilitas aucta Genis magna, quamquam in ramos diducta
 plures, ex quibus alij alij praestant. Cui nobilitatem appellatione pra-
 cipue gaudent, non nisi Martiani rei fuisse convincantur, capite plebi pos-
 sunt. Alij quantumvis graevus vixit criminibus carceri possunt perpe-
 tuo, aut exilio mancipari. Sed capitale nullum est. Id scilicet maio-
 rum virtutis praemium est. At eo honore non admodum multe gau-
 dent familias. Dinastiarum multa copia. Duces duo Ixarensis,
 et Villaformosa. Uterque Regum sanguine. Marchiones ~~Campaniae~~
 Calanda, ^{et Naviae,} ^{lunensis} Comitatus, Arandensis, ~~Sancti~~ Belchitensis, Riela, Morata,
 Fontanus. Pavia, Salsagi, Plasentia. Barones alij ^{multi} sunt, nec minus
 opulenti patrimonio. Sed in omnibus principem habent locum tenent
 Ripacurtia Comitatus cui subsunt supra CCC. oppida, quae Vitis nec
 Regibus desiderata est, in quorum Patrimonio ante paucos annos
 illata est, facta comitibus compensationes. Ampate Castellanus, et
 Caspensis Praefectus Hierosolymitanus sunt Milites, ^{et} ditiones opulentissimas.
 At tanta opes non tam effusa Principum liberalitate, et alibi, quam
 maiorum gentis comparata. Nam ut, quae de Mauris vindicarentur, in
 Ricos homines (sic vocabant) militesque a Regibus dicerentur, ce-
 re cautum fuit.

Mores Aragoniorum compositi ad modestiam, nec loquaces, nec

+ Ex iisdem ordinibus quatuor Octo-viri dicuntur se-
 le, qui Depurati dicuntur,
 singuli tamen: ipsi publica
 Regni vestigia curae, et
 quae ad Regni sive maiore
 tem, sive salutem incom-
 ni faciunt. Itaque sunt
 ut Regni solius favores
 Nobilitatis.

Nobilitas.

Maximus commendatus
 us Alcanizij Calat-
 ua miles: Montaluce
 Jacobus est:

Mores.

ialta

iaculandi rerum suarum buccinatores. Quo vitio male audiant Hispanorum plures. Urbanitati amicissimi Caesaraugustani maxime. Prudentes rerumque suarum amantes, tenacissimi que antiquitati. Summi in legibus presidium esse existimant: nec tam supplicio quam supplicij infamiaeque metu in officio continentur. si quid peccarunt facile poenaeque loci, ^{Castigari} respiciunt. Quae causa est ut in alta pace tanquam in summa malata, ~~in portu~~ ^{vel} in portu quiescant, post horridas bellorum tempestates. Latrocinia cedensque nulla in Aragonia aut re visissime exercentur: ea que fere ab Extensis. cumque nationes vicinis Latrocinij cedibusque infames habeantur, timeanturque iure, cum primum pedem in Aragonia figis tutus esse et sine metu potes. Ingenium habent doctum et ad omnia natum, maxime ad eruditionem Navarurum Jurisque scientiam, quibus rebus excellunt. Exemplo Ant. Augustinus, Hieronymus Luxites, Hieronymus Blancas, alique quos cum mittimus. Politiani acutiores putantur, ^{magnosque ingenii homines habuisse.} ~~Castigari~~: Caesaraugustani prudentiores, profundiores, firmisque in laboribus studiorum steterant. Darsenses iudicio optimo, ^{acrius} et ad magnas artes nato, nisi aliunde vitium contrahant. Turiafoneses nihilominus sunt ingenio, proxi in virtutem litteraque, nec facile cedunt in litteris. Nenses firmiores, et ex montana duricie non nihil renitent. Tacenses tenuioris fortune, paucisque contenti, et ex contumacia regionis ^{durioris.} ~~renitentioris~~. Turulenses ^{vehementiores} ~~renitentioris~~ sunt, et indocti iugum pati quamquam et vicinitate Valentinarum, et utriusque regni commercio, multum sensum remittunt. ^{stere} Montani agrestes sunt, in cultu moribus et sermone, pauci vivere docti, siue quibus Natura non constat. in cultu vestitumque domesticoque apparatus profusus rusticus, nisi qua opulentera sunt oppida. Sed antiqua simplicitate viri, artes atque nec docti nec docentes, quibus fraudes tanquam parentibus generantur. Vestium forma Aragonijs olim propria, iam communis cum ceteris Hispanorum. cultum et elegantiam conserbantur. intra domos munditia ^{vel} amantes, quas et preclare extruunt (Caesaraugusta praesertim) et instructas varia suppellectile habere conantur. Superiora domorum hyeme inhabitantur; aestate calores fugientes in ima demigrant. ^{ve stent} Religionem tenacissime conseruant, ut parum aut certe nihil Arionarum sordium, que totam fere Hispaniam conspurcavit, hi

contractum constet: siue hoc fuit Deipara protectio, calique fauor,
siue ingenium gentis siue vtrumque certas. atque haec de moribus.

Habet Aragonia praeter Orensensem de qua diximus, etiam Caesaraugu-
ranam Academiam, quam non ante multos annos Petrus Cebuna qui
epus Turisagonensis condidit, ~~in ipsa Caesaraugustana Bibliotheca facere~~
~~facere Turisagonensis condidit. Bibliotheca Caesaraugusta alibi~~
multa et copiose uoluntate, varia librorum numerumque aliarumque
rerum supererente. Abbacia et ampla ecclesiasticorum patrimonium
multa sunt: quibus, ne longum faciamus, recensendis abstinemus.

FINIS

TABULAE INDEX.

Urbes Romani litteris maiusculis notatas habes.

Municipia Castellis maioribus.

Archiepiscopatus Cruce †.

Episcopatus mitellis sic ☐.

Abbatias baculo ☩.

Ducatus, Marchionatus, Comitatus Coronis ornate vario pro
modo et merito titulorum: ut etiam Baronum titulos.

In inferiori margine Alphabetico ordine habes nomina Urbium
oppidorumque omnium ~~etiam~~ notata Latitudine Longitudo
dineque. Cuius rei ea exiit utilitas, ut quaelibet oppidum cog-
nita Longitudine Latitudineque, duabus vel regulis, vel filis ab
utroque termino Longitudinis Latitudinisque ductis notata,
Statim inueniatur.

Die cases parulis distinguimus inter sese.

Conuentus quas Communitates vocant additis litteris supra oppi-
da ipsa: C. Bilbilitanum, F. Turulensem, D. Darocensem
notat.

Faint, illegible handwriting on aged, stained paper. The text is mostly obscured by large brown water stains and is difficult to decipher. Some faint words like "Bill" and "the" are visible in the lower half of the page.

IN eo agro Amici fundus erat Vrbis proximus, quantum interiectis annis, et paludosa riparum permittabant, non aede magnus, sed laudabili tamen re dicitate contentus; imminentes vbiq; vijs publicis; antica, rurali ad proximos pagos; politica, militari ad vicinas Vrbes, Oream, Taccamque ducente. Vides incommoda; et imminentes vbiq; fures; aut certe, qui molesti simili assolent esse, et importuni, viatores; nisi ducto in quadrum muro, seu pra iustam homini stateram, aditus rapina, aut importunitati obstrueretur. Vbiq; relicta fures commodare usu: et quã militaris est via, quia agrarum ductus erat, ponticulo raptim exaltas iunctus est. Sedes alibi, loco commo- do non magnifica sane, sed nitidissime tamen exstructae; atrium, aula, cubicula, quantum satis ad commodè habitandum extra Vrbem. Sed potissima cura sacrorum fuit, ne dum rebus alijs destinatur cum cura locus, religio videretur neglecta, aut pot. habita. Sacellum commodissimo loco exstructum, nitore, et elegantia magis, quam opere commendandum, cum supelle- tile omni sacra, quaecumque ad sacrificia adhiberi solita est: ara cum ima- gine egregij artificis manu depicta. Tabulae et signa per vbiq; aedium secte disposita; pars, quae Belgica sters cura ad imitationem Camporum Sylvarumque et montium graphice fingit, pingitque; sive feras indagare lucentes iniquita venatur; sive equo mucta, canumque agmine in- sta, venabulo conficit: seu contra Principum implacabiles irae agmina cogent, et in caedes manus armant vilitate; vindicaturæ Cicium sangui- ne iniurias priuatas. Pars, quae Italiam ingenium acere seris pingere doctum, exprimente verum naturam arte, saepe etiam superante, litoreis in ducto colore delineat, perficitque. Caetera supellex domestica à mundi- tia, elegantia, despectu commendanda. Gratij diceres, et vberibus exci- tatum domicilium, in quod Musae Parnasi neglecto immigrare viderent.

IN eos se aedes transferre ex Vrbe solebat, Martinus Baptista de la Nuya, Iulitiae in Aragonia summus Praefes, Vir à doctrinã multa, à verũ longi usu, à prudentiã, virtuteque in paucis admirandus; quem ante duos menses Aragonia sibi ereptum gracissime, nec ficti lacrimis doluit: ego etiam num ad illius nomen commouor, memor necessitudinis pristinae. Ita- bam ad illum, CaesarAugusta dum agerem ante annos paucos, Vere ma- xime, quo se ipse tempore continebat in agro, secretaque à negotiorum mole, et negotiatorum turba, genio iocundissime honestissimeque, cum pa- cis esa militia vacabat. Ibi rebus de varijs miscere colloquia, saepe serijs, sedicris rariis, maxime de doctrinã variã; siquis locus dulcis, siqua res minus digna fide, siqui obcurior sermo in scriptoribus erat, colla- to sermone lucem, certitudinem, auctoritatem accipiebat ab illo. Iam si de patrijs legibus, si de gentis moribus, si de temporum malignitate ser- mo incidere; quali ille pondere verborum, et rerum; quali sensu

CAESARE A-
AVGUSTA AN-
TIQVA.

Est quaedam eta
vocado. Vnde ab
io pag. 1. que
es et que ha defu
pri dno

mi, quali mentis ardore disputabat? Seneca, Cato, Thrasea, multi erant. Philosophicum quid, aut in Ethicis difficile, arduum erat, non detestabatur promere cogitationes suas, semper modestus, semper doctus, semper humanus, in seipso salubris, et puncturis innoxius ut erat acerbissimus ingenio, et iudicio acerrimus, et ad omnem sermonem promptissimus.

Mensis erat Aprilis extremus: ipsa nondum de languore praeterito sanis virium pollens, dies hilarior (nam proximis diebus imbres fuerant, et qui in brevis solet comitari, solis defectus) lucidissimus caeli adpectus, gratissima huius agri facies. Haecuit ambulatio: et alioqui a multis diebus amicum non videram, nisi apud me cum alijs: ideoque recta tetendi ad eum. In foribus famulus erat composito pallio iterus, ut videbatur, in urbem: interpellavi eum ego, et; Vtinam, inquam, Heras? in hortis fortassis curam de more in ambulando captans. Imo, subdidit ille, malus tu hodie Vates es, captat quidem curam, et modicam in ambulatione vegetat corpus, sensim in senium prosum: sed in supremam aedium parte, unde prospexeris et in omnem partem liber, quo mirifice delectatur, et cum dicto ^{probrripit} ~~probrripit~~ se, moniturus ad esse me. Corripui illum, et: Sine, dixi, mi homo; ne interpellas. Scio quam sit ascensus: abi, quo iterus es: tantum id dicito, nam solus sit. Non est, inquit, Comes illi Albinianus est, post pusillum operaturus sacris. Ego sensim, et saneis, ut dicitur, pedibus emensus sceler, ^{non vilis} ~~non vilis~~ ad essem, non potui fallere: catellus, qui illi in delicijs, neque unquam recebat ab Heras, me prodidit, et iterato latratu monuit ad adventantes. Ut sensi me proditum, dum illi effusi in risum respectant; Potui, inquam ego, fallere famulum, catellum non potui? et ad illum versus, itare aco, perire me, tam tibi grave fuit silere? nam cur sic prodidisti latere volentem? Ille, quasi intellexisset, demissis auribus, applicitque ad istum corpore, mehu caudae ac limis ocellis respectans culpam deprecabatur, nunquam peccarem tantum ~~nam~~ humane sensus brevis inesse. Interpellavit, Praeses, et certe, ait, simpliciter amat catellus, quam familiaris: illi omnes, etiam amicissimi, feres sunt, dum ignoti sunt. Digna est ea fides, ut illi propter me conciliaris. Propter te? inquam, imo illius iam, aut mea potius causa; ne cum iterum veneris, etiam postquam cognoverit, oblatremi mihi. Et mutata voce; Ago, aio, mi Marcho, (id bestolae nomen erat) in gratiam redeamus. Tu unus ille Heras dilectus, tu blanditias, tu delicias facis; tu aedium custos; tu furum proditor, tu mellitissimus es, tu sincerissimus. Bene factum a te est, quod me latratu ignotum prodideris; melius factum, quod agnito peperisti. Mira dicam. Quasi nihil eorum, quo dixissem eum fugisset, cursitare caput, et connumerans ocellis, molitansque caudam blandiri laudanti; mox mortificare obvia quaeque pacifico dente. Loqui non potuit claricus. A catellano pedere, Praeses me prehensum manu in eam duxit partem, qua prospexeris in Urbem liber

berior aer permiserat, ad motu sedili, Senho, inquit, te de ascensu graduum
 fatigatum (frequens hoc anhelitus probat) quiescere hic potes, dum imbecit
 cor adhuc a morbo natura vires reseruit. Hic dies Genio tuo, et hilaritati
 sacer. locos optissimos utriusque saevae operaturus, aura leniter perflans, et de
 solis ardore nondum tepescens, lux serena nulla nebula foedata, nulla nabi
 interpolatum coelum: et lenis haec aquarum leniter labentium murmur sua
 vias auribus, quam instrumenta omnia musica, profus accidit: et videri illa
 ac sine arte mille acicularum cantus è proxima Mors audientiam captat.
 Hodie tuis est futura, te Iudice, longe quam Cuculi et Philometae iucundior, sed
 et magis implicata, subitio partium iure. Contestata tunc, iudicium super se
 gere, ne Iudici quidem licet. Ego subridens, an nullas unquam Midas nunt
 cuicunque aures cantorum haec turba melleare possit, aut implere? Malum, red
 didit ille, Iudicem nominati, plus solitum auribus, quam iudicio dare, frustra
 ipsa congreverunt Iustitiam. Sed interim, dum ille se ad certamen paravit,
 haec mihi scator in Urbem flecte, Terriberis, Palatys, Arcibus, Tempis su
 perbientem. Edic an quid simile unquam videris? an quid ad prospectum de
 gantius, ad oblectamentum ameneris, ad magnificentiam ornatus? Et illa
 maior Horaria Turris concivem supra ceteras, velut Regina, tollit.

Quantum lenta solent inter Viburna Cupressi.

Fortassis, sibi nimiam de palchritudine et firmitudine placens, coelum laes
 sit. Et quod miraris à radice imà sola surgit, nulli aedificis iuncta. Sic
 Abietes, sic procerissimae arbores solent. Quid fastigium in morem Pyrami
 dis impostum corona, plumbes viductum Lanenis, et trophaeum Tri
 Anitaki, supremo statutum loco, accertendis tempestatibus, aeri sanctifi
 cando, quasi in Urbis custodiam solum vigilet? Quot annis aedificatum pu
 tatis? An totus es, subiensit Albanicus, in tua laudanda turri, bene cu
 illa factum est, quod laudatorem, qualem merita est, habuit: sed Paulina
 illi, licet nihil cum illa, non tamen deest sicut ornatus ab opere, sua laus
 ab altitudine: ut nisi maior illa parentum aetate nata esset, Regina esse
 mereatur. Addit et gratiam adiunctum templum, cuius in ingenti corpore
 re caput est, et quidem coronâ cinctum, ornatum et torquisibus. Proxima
 huius dignitate, quae spacio tamen longius est ab illa distita, ad Magdalena,
 aliqua arte alio ablegari posset
 quae vltimam, ~~per se~~ ~~operat~~. Voti insistentiam ego miratus, Ecquid tibi
 causa est, unquam, quod alio loco fixam velis? Non una mihi causa est,
 reddidit ille: Scis imminere aedibus nostris, et profecto campanarum ille
 strepitus nunquam non aures laesit, et percutit caput, ut mihi dolere
 saepe, et haedio rei cubiculo pellat, interceptis medicis in cursu studij ho
 rei. Sensum me affusatum iri speravam, ut stem canis ad mallei vicu
 disque rixas, iam despero. Saltem tolerari utcumque res possit, si quie
 so liceret manere in lectulo. Misero sic vivere opus est, aut certe sic

mori. Hic quasi ex condito omnium fuit visus. Post populum ego, Paul
 cherimus, inquam, hic prospere, dieique commoditas suadet, ut qui pere-
 grinus in hac Urbe sum de antiquitat illius, de natura gentis, de Urbis
 magistratibus velim nonnulla scire. De Urbe dico illa maxime quae de
 mano acuo nobilitate fuit, et AVGVSTO condita, et amplissimo Conven-
 tu clara: recentiora obuia cuique sunt. Vos si quid habetis incidere
 nolite: quidquid dederitis in beneficio ponam. Tu vero, mi homo, inter-
 pellatus Albinianus, inquit, me putas Caesaraugusta natum? Alia me
 edidit tellus, haec me non minus, quam te hospitem habet. Alenda
 ut subsidia tibi quaeras et spes. Non est, scilicet Praeses, si quidem
 de ea re disputatio placeat, quod in totum subterfugias onus. Nisi ve-
 ro te putas hospitem futurum semper, etiam post domicilium eius temporis,
 quo Lege licet peregrinis inter Cives recenserentur, et pro indigenis esse. Et vero
 nisi me mens fallit, argumentum est, in quod suam quisque Symbolam con-
 ferre possit, varium, multiplex, obscurum, et à nobis hominibus nec ne-
 glectum, vel certe praetermissum. Nam quantula sunt illa, quae à magis
 Viris Sunita, et Blanca, à quibus plura omnino sperabamus, et accuratio-
 ra in hoc genere, edita sunt? Quantula, quae à doctissimo Augustino? Verè
 dicam magis, quam audacter: argumentum integrum relictum nobis est;
 ampla seges, et, ut dicitur, quae faciem postulat, ad messem matura. Sed ne
 quid inordinate, ac perturbate dictum monstrum sit, rem totam suas per par-
 tes tradamus est usus, quantum familiaris hic sermo, quem institimus, et
 memoriae subsidia patientur. Quod si tanta sit seges, quam hodie totam
 non possimus demetere, rejici in alium diem labor poterit. Neque aliquid
 vercamur ne quisquam alius in nostram faciem immittat. Ergo prius
 de Citeriore Hispania pauca, de nobilibus in illa gentibus, maxime Celtiberis,
 Edebanisque plura: deinde de Scandico Caesaraugustano Conventu copio-
 se, quantum res ipsa patet, dicendum erit. Mox propiora succedent: de no-
 mine Urbis, de Colonia deductiones, de modo deducendi, de Iure Colonico, de
 Magistratibus, et si quae sunt alia generis eiusdem: Postremo loco ex numis
 veteribus multa scita sine dubio signa eruemus; Decemvirumque, et alio-
 rum Magistratum nostra Urbis nomina, si qui fuerint alij, nec iterum cum
 numis sepeliantur, promemus. Haec certe sunt, Albinianus inquit, à te
 ordinatissime tradita, placet convento, ut Symbolam conferamus in commu-
 ne Symposium: Sed haec litamus ne prius sacra hostia? Litamus; uterque
 respondit; et cum dicto ad sacellum recta, ubi indutus ille sacris vestibus
 sacris operatus est, nullo interpellante.

HISPANIA TARRACONENSIS:

Citerior. Quibus olim clausa terminis:
quibus habitata Gentibus. Plinio
lux. Strabo, Ptolomaeus emendati.

CAPVT. II.

PROCVRATIS SACRIS, ALBINIANVS IN SACELLO MANSTI; Ipse et Praeses egressi in Hortum petiuimus. Septima erat matutina, et necdum adules Sole, gratia quadam et leni aura perflante gramina uirentia mouebantur, arborumque folia adhuc tenerissima lesitabant. Amigdalus in proximo decussis iam floribus anni primitias tenerissimos fructus inter uirentes frondes ostentabat, ita tamen, ut quasi pederet in totum proferre, partem absconderet. Tene ille; Vides, inquit, hanc arborem? Vnam ex omni hortensi apparatus seruari volui mihi; licet alibi familia rapaces implere manus, sinusque hinc minimè licet. Quisquis mihi inimicus esse uolet, illi hinc incipiendam est. Nec mirere, magnarum saepe inimicitiarum leuissima causa est, saepe nulla. Temperare mihi haecenas in alijs potui, in hoc non potui. Mirabere in grandaeuo, puerile in hac re studium. Et quod mirere, adultas amigdalas, et in suam coactas diuitem uix gustare aliquando soleo: tenerissimis, et primo lacte pregnantibus utique delector. Hic mihi praesertim omnimense carus est cum proximo Maio, quia non alio licet amigdalas meis fuis. Pectaram, subdidi ego, puellae hanc ingeritam cupidinem, et pregnantibus; nunc uideo te etiam talem uirum illa pulsari. Experiar an etiam scias irasci mihi, et an alijs merito soleas ab eam cauere. Ille subridens manum iniicit, et, caesus, inquit, ne boeum procoses lasam, fortius doctum pedem figere, cum cornu non potest. Et ne solus ipse essem, atque adeo uerecundior, grandiscalas paucas manu decerpens, cepit gustare. Et, iam scire poteras, inquit, quam merito tali promulside delector. Quam temperata acror illa è lacteo dulci! Quam grata morsificatio palato! Quam parabile ciborum aliorum condimentum! Pene est ut Naturae irascas, quod tale iruitamentum famis torpentis paucis diebus concupiscit. Facit hoc, ingenio scio, addidi ego; scit quae uariora sunt in pretio esse: obuia negligi; neque aliunde melius honorem rebus comparari, quam raritate. Bene facit et prudenter illa, si erroribus nostris, et opinacionibus saepe prauis utatur, ad sui commendationem. Sed mirabar amigdalas tuis nullam esse lanuginem, et tenuis uellus, quali aliae uestiantur ingratae palato: glabras uideo, et ad cutem defensas. Ita est, inquit ille, Lasas appellamus. Interpellauit Albinianus, et stare ne uobis, an sedere potius placet? Si me auditis in angulo
illum

illum concedemus: altior maceria, et frequentes Populorum rami sila iunice
implexi Sodem vel arabant vel temperabant: gramina lacta, et suo virore
decenter induta stratum, et leniter labenti aqua sonus excitamentum erit: A
uicularum multiplex cantus non impedit. Placuit sententia, et progredi
entem subsequenti confestimur, et quasi ex condita, tanquam vnus alium asper-
deret orituram, ^{ix, h} ~~ju, h~~ ^{ju, h} factum fuit.


RUPIT silentium Praes, atque ita est orsus. HISPANIAE quidquid
Pyrenaeis iugis, Cantabrico, Occiduoque pelagi, Iberoque mari continetur,
iam olim Romanis (quibus Orbis totus imperium secundior Fortuna destina-
rat, et Virtus promiserat) post difficillima dubiaque solidis duobus saeculis a-
cta bella cum Sœcis, Indigenisque, tandem cessit. Ea vna re nempe
caeteris Provinciarum maior Hispania, quod communem servitutis ale-
am subitura, non nisi omnium postrema subiuit: vni Augusto gloriam
rei tante potius volentes permittens, quam iniuria cedens: Iulij, Messalis,
Pompeij, Catonibus, Scipionibus etiam negatura, quod Octavio dedit: ut res
tam ferro et armis, quam augusta Principis maiestate victa videretur.
Sed ante postremam illum nostrae Gentis casum, ex quo surretura melior et
nobilior erat mihi cum sanguine iure, cumque iure commodi, cum primò
Roma Italia tota potita Poenorum armis peteretur, viso tunc primùm Roma-
no exercitu, vno cum hactenus nomine confertur, bipartito diuisa duplici
vocapulo ^{Literiar} ~~linguae~~ Ulteriorque discrimini gratia cepit conferi. Partiam
diuersitas, appellationis diuersitatem inuenit. Sed ne ea quidem diuisione con-
tenta, postea temporis in tres longe et late patentes Prouincias abiit, TAR-
RACONENSEM Lusitaniam, Boeticamque. Lusitaniam et Boeticam
nunc omitto alijs dicendas, vel a nobis alias: certe de illis quidquam ut
dicamus rei quae agimus cura non potitur: quauquam ita rem impleta
video, ut omnino fieri non posse putem, ut plene, quantum occasio postulat, de
TARRACONENSE disputationem, quin de conterminis illi Regionibus ali-
qua pronunciemus.

~~Ad appellationem quae dicitur Ulterior, non recipimus, sed per
indicamque potius linguam, quae in uicinis partibus ab illis
vno non potest definitio, diuinitate, vel potius in diuinitate
et in uicinis partibus, ita quae in uicinis partibus
et in uicinis partibus, ita quae in uicinis partibus~~

TARRACONENSIS ergo Hispania angulissimis olim contenta limi-
tibus, quidquid terrarum ab Pyrenaeis ad Iberum flumen, aut surgit in cel-
libus montibusque, aut in campo patet, complexa arcubatur. Inde CITE-
RIOR dicta, dum Poenorum uicinia signa Ulteriorem Hispaniam, id est,
ab Ibero amnes ad Herculis columnas vel imperio, vel meli, vel studio par-
tium possidebant. Post quauquam latissime limite propagato TARRACO

NENSIS excreuit, CITERIORIS nanguam pertasa nomen, binomia
 fuit. Duplice dictam nomine, subdidi ego certum est, vel ex Plinij testi-
 monio, boni in ea re nominis scriptoris: sed de tempore mihi dubium; eoque
 ducit animus ut patem CITERIORIS appellationem tenuisse, ad illud ut
 que temporis, quo vultior haec Provincia in tres diuisa CARTHAGE-
 NIENSEM, CALLAECLAMQ. et quod residuum erat, diseminis
 gratia, dici cepta est parvula CITERIORIS tertia TARACONEN-
 SIS, ut a CARTHAGINIENSI, et CALLAECIA distingueretur:
 quod non ante Hadrianum Caesarem factum credo.

SED quam late patem et. pag. 46.



ADITVS AD SCRIPTIO- I
 NOM totam.

CAESAREAM AVGVSTAM, AVGVSTI CAESARIS NOBILE MO-
 numentum, aetatis praerogativa venerandam, Apostolica institutione nobilem,
 VIRGINIS Matris vacantes consecratam religio, patriocincto munitam; Mar-
 tyrum innationem cruore, conspersam cineribus; magnorum REGVM Vir-
 rumque ortu illustrem, recentissimo calamo expressam Orbi Litterario specta-
 dam proponimus, admirandam damus, Spectaculum scilicet tali dignum the-
 atro. Tu, quisquis Spectator ades, sive cum Populi turba tu, sive inter
 Purpuratos sedes, nihil hic decori additum decorae VRBI exitima ab la-
 nocinante calamo, blandiente dictione: non fabulas, ad obsequium aurium, oc-
 lorum laenocinium, placsum ue fauentis multitudinis ab ingenijs, non vilibus,
 otiosis tamen compositas, exhibemus. Licet in eo argumento Graecia, Licet et
 Latio, Licet et aecuo nostro, ^{Hispaniae} ad insaniam orgius, et necdum satiati populi lasiti-
 dinem versari. Nos alio rapit AVGVSTAE VRBIS amor, et splendor ille,
 cui splendor ipse solis vis et par. Nescit ^{colp} ~~colp~~ rem mentiri, ac cutem, quacun-
 que suo rubet sanguine, splendet honore. Cui morbo vel vitio inducitur, et
 pallor, aut ab aetate obdusis sulcus, et niveus vertex, aut a natura ac-
 ceptae maculae; vel corruptae genae, aut degressa labra licentia ab im-
 puro scortatoris complexu, dissimulanda impuritati subsidia ab arte, aut
 a natura petantur: Quod aetas negat, et septuaginta vixae menses, stibici
 dabit: quod morbus abstulit, minimus adferet digitus, rubore adulterino in-
 unctus, humescens salicis: quod vitium adtulit, et noctes impurae, creta
 dissimulabit, nam adimere non poterit: Vertici, niueo albicanti capillitio,
 subueniet manus medica qua plumbo, qua tinctori: et, si, dentibus exarma-
 tal suis gingivae, sepulchretum oleant, alieni corporis ossa, fortasse esse
 rini, armabunt; unguenta, mille temperata mirturis, modisque, foetori sub-
 uenient. O, saeculum, moraque! Fuit cum HISPANIA, vidis adhuc Asia-
 tici luxus, peregrinum, exoticaeque cultum, horrores patrii tenacissima, per-
 osa, insua sibi simplicitate placebat, extoraxum blanditiarum non inuida, sed
 nec indiga. Necdum erixem intorquere, ^{diriebat} ex suisque pendulum anali vel
 ut catenis collo demittere: Necdum subfuscum nativum colorem candore
 adulterino mutare: necdum minio, necdum abuti illegitimo croco, a-
 liundeque raptum ruborem, frustra conquirente natura, transferre in ge-
 nas: necdum cutem medicaminibus, odorem ~~medicaminis~~ unguentis amen-
 dare: necdum breuitati mensurae subere sublatas mederi: vadique tanta
 sed tenuissimi velleter, ^{auraque hinc ita suo,} glebam se suis ipsa toleraverat gregibus, sua sibi arte
 manaque ~~conteruerat~~ amucivi contenta, necdum se-
 ris, aut Tyris, necdum Aegypti, Barbarisue suos inuiderat cultus. In-
 uidenda tunc illis maxime, cum illorum minime inuida suis se bonis bea-
 tissimam ^{reputabat,} ~~reputabat~~, et vere erat; futura et aeternum, nisi, se tandem

perlaesa, maluisse alia esse. Nec satis habuit, si materiam omni luxu, à peregrinis inuectam, in se suosque transferri prodita simplicitate permitteret, ultra omnia concupiscit; et, omnium a maxima, non proximos tantum sequuta est, sed et remotissimos ultra solum coelique metas auidè proacacitate qua sicut; nec contenta insipientis eoi, occiduique Pelagi fluctibus, iraque suas horrida vicissitudine eiectantis, resorbentisque, pleneque indignantis adyta sua secretissima, et quasi sanctiora sacraria Ibericà temeritate ^{coepit} ~~et~~ tentari; quasi, quid quid hactenus in cognitis erat orbe, cupiditate sua minus esset, aut aliquid inuentura esset maius illà, noui clasibus ne uia aequora tentauit; et, reluctantiibus elementis, dedignantemque naturà, saepiusque insanos ausus horridis naufragiis uicente, nouos extra orbem orbis inuenit, docuitque, stupente Philosophia, aliquid esse oriente sole prius, aliquid occidente posterius. Felix illa, si ardor ~~ille~~ ille uita metas gloriae, ac religionis ~~non~~ propagatae contulisset. Argentum, aurumque, et gemmas, unioesque, et quidquid in pretio mortalibus est, repetitis clasibus decubere placuit ex alio calente sole tellure, tanquam è vicinis gentibus; nec contenta perdomuisse armis, silique subiecissa immerfos terrarum, marisque tractus, etiam spoliavit: ut illi hactenus seuerissima ac durissima provinciarum, iam non ornari, sed exorari plana liceret ad luxum. Nam quid, ante detectos Indos utroque, uera simplicitas in exteras gentibus ~~non~~ denuciavit, cui scis ~~non~~ ^{et} horruit, quod post Americas opes, una omnium superatua profanitatem cultus, non sibi scisque licere putarit? Ex eo nobis fonte natum quidquid iuuentutem exoruit, quidquid sequiorem sexum in publico locat: iuuentutem, quam Romani olim horruit, ducibus deo orbis imperis; dum Iberus onser, Iberà manu rotatur, acul mortem, ~~non~~ ^{aut} ~~non~~ minabatur, ^{aut} seruitium suadebat: sexum, pudere olim doctum ad ^{simplicem} uiri ~~conspicuum~~; nec algi se munditijs elegantisque ambientibus sponsis comparare, quam quas puri fontes, et florida tellus, et natiuus color, et ueter ab Ibere tractus, prodigà manu prouiderat. Successit studium placendi per decorem, etiam ementium; nec puduit inopiam confiteri. Pars studium uiris, feminiisque, inuicem fallere; ne aliorum conditio scilicet esset melior. Mutatur, additurque comas; eademque saepe non cum suo dormit capite, ad alto sole cum uelibus resumenda: cumque ad coenam est ventum, personatae hactenus gingiuae, persona deposita, rubent, tanquam pudeat edentulas esse solum in prandio. Sed nec haeret ibi ~~mutandi~~ fraus. Et barbae, et antia de mendacio sibi placent, non per ferrum solum, sed et per ignem in non suam faciem formamque ductae. Quid iam superest nisi ut nos homines esse pudeat natos; nam quibus et natura sunt proprietates exesse, restit et natura. Credo et illam mutauissemus, si quemadmodum mutari uelis ita et illa posset.

NON sic CAESARAVGVSTAM nostram damus. Ornatum apper-
natur omnem Veritas, nunquam sibi, nunquam aliji de mendacio placitu-
ra: nunquam gratior à formâ, quam cum vestem detrahit, integritatem
que suam, nullo velatum fuce, nullo colore interpolatam, propalat, tan-
tum pudore, Honore tantum. Quidquid hic vides rarum, illustre quid-
quid, ab VRBE est AVGVSTA, malitiam certe inestibus parci tenebris
aeternumque sileri, quam inmerita per hominum ora omnium circâ-
ferri. Quidquid hic admiraris novum, novum non est. Intantâ VR-
BIS maiestate, in tantâ gloriâ illud maximum, talem omnino aequo, qualis
nunc exstat, existisse. Venerationem unam aequo adtulit, pretiumque. Eâ
vnâ re nempe maior CAESARAVGVSTA aetate est nostrâ, quod nunquam
minor: eâ vnâ re laudem merita maximam, quod nunquam meri-
ta minorem.

SUA aetas orbibus, ut et hominibus saepe contingit, et in aetate muta-
tio: ne scilicet mortalitas quereretur, quod sola subiret senium, sola time-
ret interitum properantem; quando quidem et temporaria vita saevis est;
molestaque, ad montem surgentes incidiam, vincente naturam arte, hian-
tibus tandem commissuris aet ruinam timent, aet, dum mirantur, timi-
tur. VRBEM Urbium ROMAM, Arcemque Imperij, repentem in tugu-
rijs, humilibusque casis, vidit Quirini; eoque suppetite,

Iuppiter angustâ vix stabat locus in Aedes,

Inque Iouis dextrâ fidele fulmen erat.

Frondebis ornabant, quae post Capitolia gemmis,

Pascebatque suas ipse denator oues.

Nec pudor in stipula placidam capisse quietem,

Et poenam capiti supplicis suo.

Iura dabat populo posito modo Praetor aratro.

Et leuis argenti Lamina crimen erat.

Octavius Quirini soboles in marmoribus è Pars, in trabibus ab Himeto,
in aere à Corintho, in auro argentoque ab Iberiâ, in gemmis ab Indiâ
superbientem, et vertice sacro tantum non prouocantem Olympum decedens
reliquit. Infantia illa Urbis tum primum naeae, haec robustior atq; fuit:
cui nec ab aequo formâ, nec à sollicitudine ornatus defuit. Sed senectutem
vide, oraque dentibus spoliata suis, Urbemque vel solo nomine timendam
hostibus, amici venerandam, ludibrium Gothis, Barbarique prædam Po-
pulis, omni genere ad fastidium usque lassitudinemque conculcatam, quam
prius ipsa subegerat. Et, nisi in Religionis sanctissimae arcem assumptas,
Numine decernente, frister, vixisset ungue, suoque ipsius cinere tangeream
gremio condiderunt.

QVID peregrinari est opus in alieno solo? Haec ipsa nostra HISPANIA

quas Tragedias urbium vidit, aut quas non potius vidit? Sive illas hostis gladius, velut adultas messas, detondit; sive luxuriantes Principum vigiles aera castigant; sive inimici fluctus terris fraudaverunt, et salus, limite propagata, saevirent? TARRACO Scipionum opus, Iberiaque VRBS PRINCEPS, magna quidem illa fuit. Veri fuit. Nec, praeter nomen inane, quidpiam AVVENTHVS retinet spectatore dignum. Quid? nomen? ne illud quidem alibi, quam in chartis legitur; et dubium etiam sit, qua sede olim condita, nullo suo operae pretio fide in alio indicaverit. Vtraque hostilem passa furorē; altera vitalem auram vix inter rudera lenta trahens; altera ad interuicem deleta; et, nisi cineres, et semiambulos artus contemplere, existisse reges aliquando. Illae, illae Gades, tumentis Oceanis obiecta claustris, tanquam ferocenti praenum equo, in quas olim non una peregrina inuicta classis exotici graui mercibus, velatura ditiores; illa, olim trecenti Rom. Equitibus habitatae, si quaris ubi sint, non facile possum dicere; cum verē possum, nusquam esse. Nam quantum id est, quod nunc est, prae magnitudine, et opulentia prius? Adfuit illis sua dies. Carthaginem ad oram Iberici Maris condidit Poeni, arcem in Hispaniā futuram Imperij, et ipsi quidem destinabant aeterni. Diruit Romana vi maior urbem, et iterum reparauit, monumentum gloriae, decuitaque gentis opprobrium permansurum. Quot illa Urbes, et populi postmodum ciua dedit? Quam longe, lateque in Provincia imperitauit, cui et nomen dedit? Quot illa gentes, superciliosa Dominatrix, vix est adpectu dignata? Abi nunc, et bustum uide; et ferocenti Gothica barbaritatis ludibrium, in urbem excidit lufitantis; et si tenere es potis lacrimas, aut homo non es; aut supra hominem es, nullo affectu passandus.

EA CAESARAVGVSTAE gloria seruabatur, et vixisse nunquam, fere uere semper diceretur; neque sexdecim illi saecula caritum prosperarent, fatumque, tantum uenerationem auerent, conciliarent honorem, famamque firmamenti maioribus stabilirent. Eam non alia aetas, nam tam, alia adultam vidit: idem illi ingentis gloriae, qui et felicitatis, initium fuit. Inter Urbes una nata Ibericas, quae imperaret semper, seruiret nunquam. Quae, vix prognata Parente Augusto, nobilibus Urbibus nobilior ipsa leges daret, à nullā acciperet. Quae uelut Delphos esset altera, unde sanctissimi Iuris Oracula peterentur. Ut cum natam fuisse scias, creuisse negas: aultam ignores, cum grandem videas.

SED iam ego, tantarum rerum sequacibus impetibus fluctibus, incertus distrahor; ut, cum infinita sint propemodum, quae vitam mereantur et stilum, unde tamen initia mihi petenda sunt, ambigam; et in tanto laudum cumulo, moleque de ordine mihi uideam maximam laborandum: nec tam, quid scripsero dicendum, quam, quid facendum, esse operi

expendi: ne, si singula velim percensere, Iliadas texam, Opeaque in im-
 mensum abeat, fastidione copiam Lectori, et ad operatas cedes mens-
 sas naufragante. Tu VIRGO AVGVSTA, AVGVSTAE VRBE Tute-
 laris, cuius illa afflatu, folioque ^{ad} aquum quidem vidit, acci iniurias nul-
 las passa, huc ades: quando et Tu etiam mihi inter celeberrimae VR-
 bes ornamenta dicenda veni. Quidquid à nobis hic calamo, à tua sit ma-
 nu: quidquid à Nilo nostro, ab afflatu tuo. ~~Quamvis in ista urbe per te~~
~~tuam, quae hinc hinc ex magna antea manu videri, et hinc hinc~~
~~manu, et hinc hinc ex magna antea manu videri, et hinc hinc~~
 Tu,
 cum necdum abijres ad F. LIVM, cum adhuc terras incoleres tuo conspectu be-
 atas, Te Spectatrix securas, AVGVSTAM VRBEM adissi Superum agmini-
 bus deducentibus, aut verius comitantibus, Spectatore toto coelo, et quidquid
 infra coelum est. Venientem excepit Iberi fluminis ripa, vere tunc rosea ara
 scis plantis tuis; vere tunc sancta, et ex eo tibi tempore aeterna religione sa-
 cra: inde in proximam VRBEM intentâ oculorum illâ acie, quae spon-
 si olim corda, adhuc ipsa Puella, venerationi velut tuam intuita, tuo obse-
 quio destinasti. Felicem tunc inter Urbes arce toto, et vere AVGVSTAM! Ve-
 re nobilem, et unâ Virgineae dominationis servitute clarissimam, idcirco et Re-
 ginam Iberarum! Taurum fuerat beasse adpectu, et statione consecraste, nisi
 addidisses maiora, monumentumque loco eodem benignitatis tuae reliquisses CO-
 LVMNAM, eodem erectam loco, IMAGINI subternendam, quatuor vices su-
 bires discessura. Hanc Captiva CIVITAS velut TE ipsam venerata, procu-
 buit; inde sperare didicit, quae à Superis mortalitas solet, inde et petere, un-
 de sciebat accepturam. Eo frequens populus cecurrit, et praer occupato ab al-
 liis loco, nec capientibus Templi angustiis, loci tactus Religione, vique ar-
 canâ horrorem iniiciente, haesit in limine, aditurus sacra via saltem adpe-
 ctu, et, si minus adpectu liceret, saltem ~~adpectu~~ ^{affectedu}. Hoc AVGVSTAE Propu-
 gnaculum omni firmiter munimento; omni moerium ambitu, omni agge-
 rum coronâ, omni caetrensi sepimento securus. Haec amico Numini re-
 tinendo, haec acies placando Ara, auspiciatissimo erecta. Quid tua TIBI
 neget Soboles? quid TVLS? Hoc desperatis rebus confugium, hoc dubijs
 firmamentum. Haec Fidei anchora, haec Religionis Arx promissione fi-
 mata tuâ, nunquam eo loci non felices veros Chiribiki Cultores, veras
 pietatis victimas. Experta hoc Cicutas ipsa, dum Afræ tyranni di om-
 nia subderentur, nec ipsa in totum eripi servitute potuisset. Perhibet Tem-
 plum nullo avicta Machometico quasum: cultus idem in mediâ Barbariâ,
 qui fuerat ante; eadem caeremonia, et statas per vicis sacrificia. Vix
 senserat se Pietas interceptam, nisi quod alio loco vix se praterquam in
 suo templo videbat. Qua talia unam in VRBEM profudisti, permit-
 tes, credo, eadem memori, gratoque calamo prædicari, et ultra conanti

La Naxos del Pilar

vires addas. Quantum TV possis, quantum Fui, ex lectione lector agnoscat, ut cum calamum viderit, ductilem sentiat manum, et in viceculo, pleno tamen fluentem margine, Fontis aeternam ubertatem. Pleno se alveo proluat acutus, quantumcumque viabr; ut cum bibula se viderit, etiam si ticcissa sentiat, etiam sibi minuisse fateatur: neque ex alio sedare forte malit, quam ex nobis, quem TV VIRGO replet de Oceano his. At ego interim, AVGVSTA MATER, quid ~~TI~~ TIBI in aditu hocce pro spectanda reponam? Quid aliud, quam suplex, et ex intimo pectorali pectoris

VOTVM?

CYMBA leuis, mea cura grauis, permittitur alto;

Sed fuit infano vortice Pontus iners.

Hei mihi! ne rapidis rapiatur fluctibus Aenus.

Et furebunda minax Auster, in arma ruas!

Ah! quantis, Aquilo, surgis cum viribus, audax!

Africa, quam validis flatibus arma moues!

Me miserum! quantis horrescit cauitibus Aequeor!

Quotque natant Delago turpia monstra suo!

Infelix! Ponti ludibria quanta subibis,

Parua Ratis, medio delitenda salo!

Remigio pulsabis aquas: sed fluctibus ipsa

Mersa, dabis poenas, nomina nulla dabis.

Vela dabis ventis: vario sed. Mare petitas,

Ludax eris Boreae, Ludax erisque ~~Noto~~. Noto.

Iu tamen infido acutas, audax, fidere Ponto,

Et tua de prosperas fata animosa nimis.

O! quoties agitata undis, illis que saxis.

Nota dabis ventis, non valitura tibi!

Nota dabis ventis tum, cum compage soluta

Condaris gremio sed gemitunda maris.

Sed puto surda meci occludis vocibus aures;

I, fuge: sed statio tuor haec feruat.

VIRGO, facie: TV STELLA MARIS: TV noctis iniquas

LVNA elues: faciles per vada salsa vias.

Perque hostes da DIUA Rati, Delagique fluentas,

Ventorumque minas frangere; namque potes.

TE duce, surgentes fluctus, et spernere Ponti

Ardua saxa potest, effera monstra potest.

TE nostris facilem precibus dabo, DIUA; beare

Largior ipsa potes, Largior ipsa soles.

Quod si contingit felix TE dante Carinae
 Tempestas, portus et tenuissu suos;
 Qualia dona feram TIBI tunc! erepta periculis
 Ipsa erit aeternam CYMBA ANATHEMA TIBI.
 Cautebuz haerebit non iam: pro caute COLUMNA
 Ita erit, insitis quam PIA VIRGO, pedes.
 Tectis erit, servata TIBI. Sed carmina puppi
 Talia, multiflorus qua legat Horpes, erunt.
 MULTA SALO, DIVA SERVANTE, PERICULA OBIVI:
 SUM SERVATRICI SACRA LIBENS MERITO.

CAESARAUGVSTÆ VRBIS
 Prospectus. Occasio scribendi. Dis
 putationis ordo.

CAPUT PRIMUM.

IBERVS AMNIS, PERAGRATA NON VNA GENTE, VECTIGALIBUS
 diues aquis, inditogue IBERIAE, quae HISPANIA nunc est, nomine, Grae
 cis et Latinis clarus, CAESARAUGVSTAM urbem, quae septemtriones spe
 rat, furore & lapsus murmure, alluit. Vtteriorem ripam Suburbia tenent, im
 menti operis Ponte è quadrato saxo Urbi coniuncta. Post Suburbia, privata
 visuntur Ciuium rusticae Aedes, ac Praetoria, agro toto, qui latissime omnem
 in partem patet, illa praeterquam, quae fluminis alveo cohaerent, velut arte
 disposita; ut, si multitudinem spectes, et ordinem, Urbem putes, per circumuen
 tem planitiem late fessam; si loci amoenitatem, et virentium quaquaversum
 arborum, camporumque prospectum, locum existimes recreandi, remittendi que
 animis, quasi conatu aemulo ab Arte, Naturaque constitutum. Propiora, quae
 glebae pinguiora exsistunt, dextra occupant ~~omnigenam~~, arboreaque mites
 omni generis, utraque in mensarum apparatus in nocuo fenore, et nunquam
 intercessa fecunditate crescentia. Quae grata olim requies Symposiorum lactu
 ca fuit, primos iam impetus exceptura, sese hic ipsam cogit in gramum, et se
 praementibus, folijs duratur in bellum, scilicet malo suo, et acedius impeta
 tur, intimum melum pallore confessus. Cardui admirandum ingenium, non nisi
 humo infidiatur, castroque mitescit. Serobe defessus, dieque et sale negato, hy
 eme superueniente decoculur; et, deposita feritate, intra dies paucos domitus, mal
 bescit, solidus dentibus, palato gratissimus, ideoque nobilibus mensis expectan
 dus, nisi frequentia vitem redderet, et plebei etiam victui mancipasset. Sed
 Nilaeponum quanta sit laus, credere ille solum possit, qui gustu probavit. Credo
 mihi

miki, quid^{quid} apum selectissima cura in Hybla, et Nymetto de sedore florum et
 ligit, quidquid Gaudia de melliti cannie exprimit, excelsaque durat in sacca
 rum, minus ori gratum est. Sapor est et sapore omni committitur, ut, cum dicitur
 sum quid ab singulis gustes, aliquid tamen quod sit optimum singularum,
 te senare existimes. Et, quod mirare magis, cum qua maxime sunt sapida,
 maxima pars odore careant; hic tamen in sapore mellitissimo argumentum
 excellentiae odorem capi: et quae granissima naribus, eadem futura palato pro
 nuncies. Formas, colores, naturas, mirari sapies scabiti. Alij breviori acci
 sunt, idoque et delicatior, aestate tantum, et quidem recentissime vasis ra
 mis, digni concuij: alij abeunte anno hyeme summâ gustantur, et quidem
 avidissime: recente manu de matrum vasis sinu, quasi nondum materâ dulce
 dine, mensas dedignantur. Caetera de hoc genere percensere longum est.
 Sed egressum tamen agrum suburbio subiectum, Niveta excipiant felicibus baccis
 onusta; saepe etiam, cum annus felicior fuit, uberiorque tempestas, fatiscenibus
 pondere ramis globae incumbant, gaudia Dominorum, ^{dona} ~~agras~~ beatas. Inde
 baccae, licore praegnantes, vel avarâ Rusticorum manu lactae, vel arandi
 ne ingrata decusa arborum ramis, torcularibus inferuntur: ingentibusque
 in orbem currentibus saxis, comminatae, sparteis, ^{conceis quae} ~~conceis quae~~ ^{fiscellis} ~~fiscellis~~ ^{indu}
 sa praes, torculisque ^{subiectae} gemens, plorantque; quoad deficientibus dlori lacri
 mis siccantur in fraces. Inde licor aureus, à colore, et bonitate com me
 datur, ingenti praesente Cicium, et ceterarum populorum mercimonio. Su
 scipiant monticuli, et clementibus ciliis surgentes colles, multa vite con
 siti; vinum multiplex bonitate praecipua, ^{hic} flavum ~~albi~~, aureo interluces
 te colore micans; perspicuum albi nulliusque coloris; ut, nisi odore fragran
 tissimo proderetur, aquam de fonte, aut de proximo amne sumptam pu
 tare posse: Alibi tandem rubram, internitentem purpurâ loenocinio quod am
 lactans oculos, et ad iterandas hilaritates invitans blandimento fallacè
 Nihil agricolis otio desidet, nihil culte destitutum siluet, nihil sordibus ac
 accumulatum vile. Rustica sollicitudo neque sibi parcat, neque globa in
 dulget, et quanti est operis pariens, tantumdem imponit. Omnia hic, et
 nullo non mense virent; etiam cum alibi aquarum penuria laboratur,
 et frustra à ferreo orbe pluviae flagitantur. Gallicae amnis, summo dy
 renaci vertice demissas, nitidissimis aquis Ibero vecligales fluctus vehens,
 in rivos discretas, flexu multiplice agris inuehitur; omniaque ditat pro
 ceptu certissimo. Quia ardua collium corruationes, aquarum respiciunt,
 viti est, felicior meliorque colle, quam agros: vitium castigat arviditas soli,
 humor supervacuus in vina refunditur, sequioris bonitatis, brevioris et
 acci. Siquid et viti impericium est, impendio exiguum, medicinalibus
 herbis scaret, floribusque. Suavis odor toto diffusus aere anhelita tractus
 vitalia permeat, vitalis et ipse: nihil ut sit sua non ~~diffusa~~ laude beatam.

IN eo

Pag. 9. supra

HISPANIA TARRACONENSIS:

Citerior: quibus olim habitata Gentibus:
quibus clausa terminis. Ptolomaeo
lux, et Straboni, et Melae.

CAPVT II.

HISPANIAE QUIDQVĪ PYRENAEIS IVGIS, CANTA
briso, Occiduoque Pelagis, Iberoque mari continetur, iam olim Ro
māni, (quibus Orbis totius Imperium infatus erat) post difficillima
Mādis duobus saeculis continuata bella, tandem cesit. Ea vixit
ceteris Provinciarum maior HISPANIA, quid communem serui
tutis aleam subitura, non nisi auspium pavore subiecit; vni Au
GVSTO gloriam rei tanta potius valenter permittens, quam inju
ta cedere. Iulij, Pompeij, Metellij, Catonibus Scipionibus etiam
negatura, quod OCTAVIO dedit. Ut non tam ferro et armis, quam
augusta Principis maiestate victa videretur. In CITERIOREM
Vlterioremque bipartito diuisa primitus post in tres Provincias Lon
ge, et late patentes abiit, TARRACONENSEM, Lusitaniam, Bae
ticamque. Lusitaniam et Baeticam dicunt alij: nobis vna TAR
RACONENSIS ^{paululum} ~~partem~~ negotij fauet, quantum ad Urbem nostram
properantibus immorari licebit.

TARRACONENSIS Hispania angustis solum contenta limitibus,
quid quid Terrarum ab Pyrenaeis ad Iberam flumen aut assur
git in collibus montibusque, aut in campis iacet, complexa arctis
batur. Inde et CITERIOR appellata, dum Penorum vicinias
signas Vlteriorem Hispaniam, id est, ab Ibero ad Herculis columnas,
imperio possidebant. Post quamquam latissime limite propagato
TARRACONENSIS exereuit, CITERIORIS nunquam perasa no
men binomia fuit. Itaque Aragonia partem, quae ad Pyrenaeos
vergit, Nauarram, et Catalaniam poese integras cum antea
lure contineret; post sibi post, tamque patentes adiunxit gentes; ut
qui Veritissimos CITERIORIS terminos consideret, componatque
cum paucis, eam primitus vna tantum, neque eo adeo magno
Hispaniae contentam angulo demiretur.

Sed

SED quam late patens haec Hispania potissima nobilisque portio, dicat Plinius [Mox a fine Virgiano CITERIODE, eademque TAR RACONENSIS ad Pyrenaea iugas]. Sed quis aut ubi gentium Vir gitanus Sinus? Abdaram urbem Ptolomeus ponit ad mare Ibe ricum, quam eandem cum Virgite esse sicut qui velint non infi ma viri auctoritate. Porro Virgim Almeriam esse Baeticae urbem prope Cardemum promontorium [Cabo de Gata] doctius videntur, qui bus assentiendum etiam nobis. Sed audiamus iterum Plinium haec perspiculatus adnotantem. [TARRACONENSIS autem affixa Pyrenaeo, totoque eius latere decurrens, et simul ad Gallicum Oce anum transuersa se pandens Ibericam mari, Solorio monte, et Ore tanis iugis, Carpetanisque et Alburum a Baetica atque Lusita nia distinguitur.] Sed haec magis perspicue nobis explicanda vi dentur. Ab Septentrione in Aestium quidem occupabat quidquid ter rarum geminis allueitur pelagis Cantabrico, Mediterraneoque. Ab ortu in occasum quidquid intra Pyrenaea iugas, et veterem Lusita niam Baeticamque continetur. Quod si illius velis limites cogita tione peragere, a Gallico mari, qua Pyrenem alluit, ad Cari demum promontorium Leucas fere XL. supra C. sive DLX. P. M. numerabis. Inde ad Anam fluvium, qua Calatrauam (an tiquis Oretum, ut quidem suspicamus) spectat, et ab ea urbe ad Du rium amnem prope Zamoram ducta linea, unam supra centum Leucas Hispanicas, scilicet CCCC LV. M. P. conficies. Post seun do alueo Durium fluii fluviorum rex nauigandus venit: inde Ae ani occidui legenda littoras atque Nerium promontorium, Hi spania partem ad occasum maxime excurrentem. (finis terrae) Po strems Cantabrici Callaicique pelagi legenti extrema littoras, rur sum Pyrenaea occurrent iuga iratis Oceani fluctibus saepe, sed frustra, pulsata, perque ea delatus, rursus mari ~~transiit~~ Gallico, unde recesseras primum, CCCC LXVII. nostratis Leucis M. DCCC. LXVIII. P. M. confectis, nec fatigatus tamen occurret. Ampla sane Provincia TARRACONENSIS erat, et quae una Lusitaniam Baeticamque simul supra duas partes magnitudine superaret. Ideo in septem diuisa. Conuentus, in quibus causa agerentur, ab Romanis est. Authores Plinius et M. Capella: Vtriusque enim haec fere sunt verba. [Nunc vniuersa provincia diuiditur

Diuide totam Hispaniam in XXXVI. aequas portiones, ⁱⁿ dabis
ex his Baetica et Lusitaniae vix totae XI. mansurae Tarraconi
si XXI.

in Conuentus septem Carthaginienſem, Sarraconenſem, Caſar-
auguſtanum, Clunienſem, Alurum, Lucenſem, Pyracharum.]
Nobis de CAESARAVGVSTANO nonnulla dicenda videntur. Ca-
teros prudentes omittimus alijs aut expendendis, aut describen-
dos, aut a Nobis forte alias. Si tamen prius, quibus CITERI-
OR Hispania gentibus Romanorum aco diſtributa eſſet ſummis-
ſim dixerimus.

ET quidem Ptolomaeus ſcriptor non ignobilis innumeras pro-
pmodum in CITERIORE numerat gentes, quas inter has nobis
poſitiſimum duximus recensendas: [Callaicos utroque Pyreccarum,
et Lucentes: Paſicos, Cantabros, Aethygonas, Carillos, Nardulos,
Nascones, Baſitanos, Contellanos, Edetanos, Nercaones (quos non
nulli eodem putant cum Ilurgauonenſibus Caſaris) Caſetanos,
Laetanos, (hos Strabo Laetanos, ſive Leitanos vocat, niſi in utroque
Laletani reponendi ſunt, quorum meminere Plinius, Martialis
aliique) Indigetes (apud Strabonem male Indiceti, nam eorum
praeſertim in Ptolomeo etiam in alijs mentio eſt.) Caporos, Cinos,
Lemauros, Bedicos, Seburos, Alures (Alurcos Straboni) Brige-
ſinos, Bendurenſes, Ornicios, Lurgones, Selinos, Superachis, Ama-
cos, Tiburos, Ecurros, Aurodos, Nementanos, Celerinos, Ribalos,
Lunicos, Cruicos, (niſi Gracios Legas, quos etiam inter Callaicos
Iuſitanis collimitaneos Metela ponit; quanquam in eo Gronij ma-
le etiam appellantur; nominis cauſam alij tradidere.) Lauanger,
Cuacernos, Lubenos, Narbaſos, Vaccas, Murbogos, Pelendones, Bi-
rones, Arcuacas, Carpetanos, ſive Carpentanos, Celtiberos, Ore-
tanos, Sobetanos, Nergetes (quos cum Nercaonibus mirum fuiſſe
qui confundant; cum diuerſiſſimos fuiſſe vel ex Ptolomeo conſtat,
qui in Nergetibus Oſcam, in Nercaonibus Lextoſam (Dextoſam)
ponit, vrbes interſe immenſo viarum ſpacio diſtantes.) Cerre-
tanos, aut vere Ceretanos, Anthetanos, niſi Auſetanos malis, Ca-
Bellanos, Accetanos. Et hos quidem Ptolomaeus. Paucior Strabo;
ſed addit tamen Veſtones, aut vere littera commutata Veſtiones,
Pleutauris, Praedjetas, Allobriges, Coniacos, Auiſos, Aletanos, Lar-
tolectas, Emporienſes, ~~Antetanos~~, Iacetanos ~~alijs~~
~~alijs~~, Berones, Coniſcos, Bardyſilos (niſi ydem ſunt cum Bardy-
etis) ſive Bardialos, Oeuacos male pro Arcuacis, Baſulos
ſive

Sive Basilitanos, qui pro Basilitanis reponendi. Sed et Plinius Miletanos, Vectones, Arrebatos (nisi idem sunt cum Arevacis) Mauritanos, Deitanos, Icositanos, Laletanos, Ausetanos, Itanos Tacetanos (quos eodem patre cum Tacetanis Strabonis.)

CITERIORIS POPVLI BELLA ces plurimum: Callaici vtrique.

CAPVT. III.

SED IN INNUMERO TAMEN GENTIVM NUMERO NON A-
deo sunt multi, qui aut famam vitamque sunt meriti, aut meritisquidem
consecuti. Invidia ea solum fuit, quae tenebris et sili immensa fortia Pro-
vincialium facta diu tenuit luce dignissima. Nos de nonnullis pau-
ca, de multis nulla dabimus: et quae a Varii varie tradita, in unum cor-
pus, velut sparsa membra, iungemus, stiloque tanquam novo spiritu
redanimabimus. Vniuersa CITERIOR Provincia bellae plurimum
genae, atque in acie stationeque contumace inhabitata. Nam quae de
Iberis generatim alij de CITERIORIBVS accipiendum verè. Haec, haec
illa scilicet est

Aethix bellorum, bellatorumque virorum

Tellus: —————

nec alibi facile [Ferosissimas Gentes, impatientesque iugi, seruire
nunquam doctas nisi per cruenta certamina] reperias. Montibus ortae
interque impendentes rupes cuiusque saxa frugibus vivere dolce syluestri-
bus et ferarum asportatae contubernio, neque alia exipi casa ad ar-
cidas celi solique iniurias, quam ea quam casus aut nox superue-
niens apparauerat, aut sibi Lupus struxerat, deducit in campos et sa-
tu Patriae originisque demeritam contumaciamque ingens et moribus
preferabant. Parcissimi sunt vitibus, quem scilicet natura non cura pa-
ravit: quem necessitas, non vitium querebat. Parcissimi potus sitim expe-
re nec ultra volentes. In incediam sitimque tolerantia armata. Namque
haec tellure satis nutritisque,

Flammiferis Tellus radij cum exulta dehiscit,

Candentique globis medius coquit aethera feruor,

Poemi

Foemineum putat inuenta cauisse sub umbra:

Experetque sitim, et spectato fonte recedit.

Asperidine in laborem omnem obfirmatus; itij proterus impatiens, ratus eam esse vita periculis certissimam, eoque fugiendam magis, quo magis adulatur applauditque in cladem. Euocatus in Martem omni obor mora vivere in arma solitus, paratus certusque gloriosam inter districtos enses mortem appetere, tanquam in ea vitam inueniret; et saepe inuenit. Ignobilis otiosamque obisse mortem, cui forte contigerat, cum vero miserimum communique indignum luce ratus, nec immerito. Hinc in acie certum sibi triumphum, etiam ante victriam quicquid sibi salus praecinebat; vel triumphaturus scilicet per victriam verè, vel gloriose per illustrem mortem recessurus. Itaque victo victrique sua laus constabat, sive vita victori, sive mors victo contigerat. Quin et melius cum illis aliam confedant, quos inter arma mors oppresserat, vitam in dubijs, mortem in bonis certis statuente: quasi mortuus fama gloriaque securitate frueretur, quam vivens nullo sibi posset consilio saluti stabilire: De nulla verius gente dictum:

Martinet huic seniper campos hinnitibus impet;

Huic iuga cornipedes erecti bellica raptant:

Non Eleus eat campis feruentior axis.

PRODIGA GENS ANIMAE, et properare fauillima mortem.

Impatiens acui spernit nouisse senectam,

Et fati modus in dextra est. —

SED in potissimis Genti laudibus agilitas fuit, siue instandum opes in hostem, siue fuga salus proinde, nec nisi desperatis rebus, conquirenda. Fulmina, non homines diceres, cum super incumbentes sentires, insidiarumque iugulo molientes, quos longissimo distiter spatium putares. Sed quod in Gente indomitae, nullaque proterus cultura, aut urbanitatis disciplina subactae fieri erat necesse, viribus, quam arte praestabant; robore quam ingenio meliores: ferocia ac contumacia multum, militari disciplina parum tribuentes: rati eam virtutem esse veram, qua vinceret sola, non arte correcta, sed natura: quasi minus ea esset laudanda, quam instraxisset disciplina, quam ingenium armasset. Sed ad singulos veniamus, nec omnes tamen dicimus, sed quam paucissimos in specimen ceterorum.

CALLATICOS extremam poene Hispania CITERIORIS partem

tem occupasse ab amne Durio ad Artabrum usque Promontorium constat. Frequentissima ea natio, nec ignobilis, et quae negotij non parum Romanis conatibus exhibuit. CALLAICOS alij, alij CALLAECOS appellat^{verunt} Lapis vetustus Praecoraugusta in Lusitania:

C. CAESARI

AVG. F.

PONTIF. AVGVRI

CALLAECIA

Sed tandem et alij Graecam, alij Romanam Diphthongon servauere. De eorum origine Iulianum audi [CALLAECI Graecam sibi originem asserunt; siquidem post finem Troiani belli, Iulianum morte Aiacis fratris iniustum Telamoni Patri, cum non reciperetur in Regnum, Cyprum concessisse: atque ibi Urbem nomine antiqua patria Salaminam condidisse. Inde accepta opinione paterna mortis, patriam repetisse: sed cum ab Euriface Aiacis filio accessu prohiberetur, Hispaniae Littoribus appulsam loca, ubi nunc est Carthago noua, occupasse: inde CALLAECIAM transisse, posteaque sedibus Genti nomen dedisse.]² At in nomine tamen lesere nonnulli: alij a colore lacteo, et Gallis: alij aliunde apparente commento nomen factum asserentibus. Nos coniecto res non magis moramur quam Haruspices.

IN BRECCARIOS LVCENTESque Ptolemaeus distribuit: sed priores ad Durij fluminis ostias, quae nunc Lusitania Interamniensis; posteriores prope Nerium promontorium collocavit, qui proprie nunc CALLAECI sunt, Hispanij paululum vocabulo flexo GALLEGOS indigetant. Sed et de Genti innato robore pauca habet. Strabonis haec: [Callaiciam tem necessarij montana habitantes, et plurimum; unde et Callaicissimi, et subiugati difficillimi, etiam ei, qui Lusitanos superavit cognomine praestiterunt. Et per hosce annos maxima Lusitanorum pars ut CALLAECOS vocitatur factum est.] At expendamus cognomina illa magna gloriaeque, et plurimis gentium inuidenda: [Callaicissimi, et subiugati difficillimi] in Syluis nati, enutriti in ferro, in laborem durati, quasi per iniurias caeli solique callum in incommoda traxissent. Pacis auersabantur munia, et tanquam indigna viris reiciebant ad feminas. [Foemina res domesticae agrisque culturam administrant: ipsi rapinis et armis seruiunt.] Iustini item haec sunt. Nec supra fidem Poeta, sed loquutus seruo:

Haec

¶ [Aclepiades Myrtilia
nus, qui in Lusitania
litterarum hodi magister
exhibuit, de qua regionis
illius gentibus exponen-
dis librum addit, Is mo-
numenta quaedam de
Ulyssis errore in Ilirum
uo tempe esse comme-
morat, parmas super
sas, plautra rostraque
naualia. In Callaicijs
autem quorundam ex
cepi commilitonibus ha-
bitasse, ibique oppida fu-
isse, e quibus unum Hel-
lenes, id est, Graeci, Al-
terum Amphilochei no-
minatum est. Siquidem
Amphilocheus eo in loco
viciam suam obijt, et co-
mites in mediterraneis
a errandi fuerunt.]
Strab. lib. Geog. III.
circa medium.

Haec requies Sidesque viris: et sacra voluptas:

Caelera femineus peragat labor: addere falco

Seminas, et impreso tellurem vestere aratro

Segne viris: quid quid durum sine Marte gerundum,

CALLAICIS conuex obit irrequieta Mariti.

An bellator fuisse mirere et subiugati difficilis, qui nihil arma preter et ferrum nosset, non in paciferas falces, sed in iratos duculum gladios? Subiugati difficillimos expertus D. Iun. Brutus, cui gloria ingenti fuit, unico CALLAICIS fuisse praesidio, inde nomine donatus in quo rei gesta fama viveret, CALLAICUS appellatus.

DE Gentis religione pauca haec habet. [CALLAICIS nullum esse DEVM] ex quibusdam notat Strabo. at apud Illiim non infimum Poetarum,

Febrarum et penne diuinarumque sagacem

Flammarum misit dices CALLAECIA pubem,

Barbara nunc patrii stulantem carmina linguis,

Nunc pedis aeterno percussa verbera terra,

Ad numerum resonat gaudentem plaudere cecras.

Sorilegam ergo gentem dicemus fuisse, et insavis mouendis sagacem, expertamque, ut nihil inauspicato pro superstitionis cura aggrederentur. Atheos tamen voluit Strabo: an quia qui falsorum cultor Numinum, et qui nullorum eodem referendi?

OPIBUS nulla magis gentes ad fastidium abundarunt. Tota ipsa regio auro purissimo velut fermentata fumebat: ut frequentissime vel leuiter excussa vomere aut rabro tellure, splenderet aurum, quae si tolli seponique flagitaret. At illi negligebant illata, qua nos per mille rerum discrimina quaerimus. Nec calce illi obuias dignabantur opes, nos ut obuias habeamus insida fatigamus elementa d'olato confisi ligno. Plutoniaeque domos referamus perfringimusque claustra ne hura, ne ipsi quidem damnatorum noctibus parcentes; dum auri vel leuissima spes affulserit parati in mortem ire certissimam. Meliores ergo nobis in ea re nostros fuisse maiores quis neget? At quantum est, tantum habere posse diuitiarum quantum velle, nec velle tamen habere quantum posse? Thesaurus nudus deterere calce, unde alius capiti fabri caturus coronam timet in obio? Paucorum ea virtus est mortalium: sed inter paucos saecula illa CALLAICOT numerarunt. Sed enim qui

inuen

reperitum temere aurum, casuque ^{datum} ~~casu~~ facto generoseque respiciant, a Divi oblatum non sine religionis quadam umbra tanquam datum divinitus colligebant. Isthinc haec sunt. [In huius Genti finibus sacros mons est, quem ferro veolare nefas habetur. Sed si quando felice quere terra professa, (qua in his locis assidua resert) detulit auri velut Dei munus colligere permittitur.] tantum apud illos valuit opinio religionis.

ASTVRES, ET CANTABRI.

Florus restitutus.

CAPVT IV.

VERVM QVANTA MIHI NVNC ET QVALIA PECTORA, QVAE belli fulmina veniunt dicenda? ASTVRES CANTABRIQ. extremi Herculis AVGVSTI labores, sed et maximi. Vide Victorem Orbis terrarum pace cum omnibus gentibus aut pacta aut firmata, neque in ipsa Romana Urbis arce securum, dum diluvio bellacissima natio nec frequens, nec potens enses restabat. Ut non ante Gemini clauderentur Iani fores, quam ASTVRES CANTABRIQUE arma cum montibus possissent. Sed et illud magnum admirandum, non nisi presente auspicioque Augusto, validoque non solum, sed in numero poene obsequio exercitus comprimi potuisse, atque ad pacem compelli. Ac ne sic quidem quiescissent; nisi prudente consilio montibus praeruptisque scopulis in planiciem deduxisset, non aliter ingenium quam cum sole et celo mutatuos. Ut virtutem tantam quam a natura insitam, oportunitate ipsa loci poene in Imperij formidinem exerceisse censeas, et in Augusti gloriam. Alias gentes Octavianus per Legatos domuit, alia bella per alios gessit. Absens ipse non tam suorum armis et virtute, quam maiestate nominis nationes exterarum debellabat: ut quaecumque fama nominis penetrasset, penetraret imperium; ubicumque audiretur, timori esset: nec tam essent seu res formidini, quam venerationi fasces. Felicitas ea Octaviani fuit, ut auditione nominis, tanquam divinitate quadam, Gentium Regumque percelleret mentes: inque unius servitutem uniuersus orbis

conspici

conspiraret, fascesque non tam Imperatori submitteret, quam diademata DEO. Soti mortaliū Aloues Cantabrigue, neque diuinitatem agnouere in homine, que nulla erat: nec in Imperatore et Cesare maiestatem, que summa erat, nihil Gentium omnium populorumque communi sensu commoti.

[Sub Occasu pacata fere erat omnis Hispania, nisi quam Pyrenesi desinentis scopuli inhaerentem Citerior alluebat Oceanus. Hic due validissima gentes CANTABRI et ASTURES immunes imperij agitabant.] Desumpta hae sunt ex L. Floro. Sed illa censeamus. [Duae validissimae Gentes imperij immunes] Ut cuius imperio Orbis uniuersus ceruices subiicerat, [Duae Gentes validissima] despiciere, a se totius in se Imperij vires irritare et formidandas magis quo minus diuisa erant Studiis et Societate. [CANTABRODUM et prior et altior et magis pertinax in rebellando animus fuit: qui non contenti libertatem suam defendere, proximis etiam imperitare tentabant: Vaccagis, et Curgonis, et Astigonas crebris incursionibus fatigabant.] Et quis talia et tanta ingenia Imperio fuisse nata negauerit? Magni hi quidem Spiritus et vere nobiles, et insita quadam genti generositate insulhes. Non satis habuere nisi imperij essent immunes, et libertatem defenderent] a maioribus datam, nisi etiam alios, in quos imperium agitarent, haberent, [indocti iuga ferre—] Romana. Sed et illa censa sunt: [Prior et altior, et magis pertinax in rebellando animus] nullis equidem alij verbis gentis ingenium melius expressisset; ut qui CANTABRODUM nunquam viderit, vel ex his agnoscat obuium, distingatque a ceteris. [In hos igitur, quia vehementius agere nuntiabantur, non mandata expedio, sed sumta est: ipse venit] Augustus: et nisi totam CANTABRIAM terra marique amplexus, re profusus redisset infelix. Nam [partis exeruita, totam in diem amplexus Cantabriam, effera gentem ritu ferarum, quasi indagine rebellabat; nec ab Oceano quies, cum infesta classe ipsa quoque terga hostium cederentur.]

Hic libet nobili Scriptori Floro facere medicinam [Primum aduersus CANTABROS sub moenibus Belgicae (an eadem hic est Vellica Pholomaei?) praefatus est: Hinc fuga in eminentissimum Venitium montem, qua maria prius oceani, quam arma romana aspera iura esse crediderant. Tertio ARACILLUM oppidum magna vi re

pugnata

pugnat, captum tamen potremo fuit. Medulli montis ossidio, qui perpetua XV. Millium fossa comprehensum cinxit undique.] Inter pungendum legendumque, ut sententia constet [Tertio Arradillum oppidum magna vi repugnat; captum tamen. Potrema fuit Medulli montis ossidio, quem perpetua XV. Millium fossa comprehensum cinxit undique, simul adveniente Romano. Postquam extrema Barbari vi dens, certatim igne ferro venenoque, quod ibi vulgo ex arboribus factis exprimitur, praecipere mortem; sequi pars maior à captivitate, quae videbatur, vindicaverunt.] Ut incidere fama Augusti videri voluerint, incertumque nobis esse an ab Octavio vinci, an a se solis potuerint superari: indigni quia sic ferro, quam seuo caderent. Hic finis belli fuit in Cantabria, finis Genis, nunquam arma, nisi cum vita positura; nunquam, nisi per mortem, pacis et quietis amplexu re cum servitute commoda. Hallenus

— — — Cantaber non ante domabilis:

Deinde nudum fere recitum nomen, ex splendor neminis. Tantaeque victoriae de indomita et contumacissima gente existimata est; [ut digna res lauro, digna curru Senatus videretur.]

Reliquiae Genis quae atrocissimam effigere cladem, Augustus in plana deduxit. Sed et animorum ingentium ingens aestimator Iuramentum ad militiam detinuit, [et qui sociorum praedones erant, pro Romano rei militari servierunt] quo sensu Lyrius,

Servit Hispanae veteris hostis ora

Cantaber, sera domitus catena.

Ergo redactus in plana ferax populus cum miti solo comitatem induit, Urbanitatemque: atque ad pacis artes conversi tractaverunt Republicanam, nec minori illis gloria cessit ingenium sive toga sive sagis circumscriptis: ut nihil illis ante desideratum, nihil additum postea scias, praeter Urbanam disciplinam. Quin et praemia haeserunt Statuaeque ab Urbibus Praevincis que integris, propter Republicanam bene administrata meruerunt: Exstat hodieque Tarracone Cippus talis:

L. ANNIO. L. F.

GAL. CANTABRO

FIAM. ROMAE. ET. DI

VORVM. AVGVST.

P. N. C.
 OMNIB. HONORIB.
 GESTIS. SEGOBRIGAE
 DECRETO. ORDINIS. PE
 CVNIA. PVBLICA. SEGO
 BRIGENSES.

Exstat et Monumentum aliud in eadem Urbe cuiusdam C. Annio Fla
 uo a Prou. Citeriore positum, fidelitatis et constantiae viri testimonium.

C. ANNIO. L. F.
 QVIR. FLAVO
 IULIOBRIGENSI
 EX. GENTE. CANTA
 BRORVM. PROVINCIA. HISP
 ANIA. CITERIOR.
 OB. CAUSAS. UTILITATESQUE
 PVBLICAS
 FIDELITER. ET. CON
 STANTER. DEFENSAS.

Vides ANNIOS duos Lucium, et Caium ex eadem gente honore publi
 co donatos suo merito. Fratres fuisse volebat amicus, cum uterque seu
 ej filius appellatur. Mihi aliter videbatur, cum Lucius Galeria tri
 bu, Caius Quirina censerebatur. Nisi velis tribus non familijs, sed
 capitibus constitui solitas: quod ipse vix crederim. At utrovis modo
 existimes, non multum repugnarim.

SED enim de Genti prius origine dixisse debueramus. Paucas haec
 habe. [Lacones CANTABRIAE partem tenuisse] ex Asclepiade Myr
 liano [qui in Turdetania Ludi-magister exstitit, doque regionis illius
 Gensibus librum edidit] Strabo testis est. Caeterum, qui ex uno ser
 monis coniectos esse velit, Lacones non esse dixerit: sed Laconice tamē
 loqui pronunciarit. Parciventia Natio, et sermonis proventus incon
 diti Barbarique: et cum praedara facere et doceant, et didicerint,
 enarrare nesciant, quo fecerit nullo sermonis commercio cum cete
 ris Hispania Populis iuncti: tantum virtute roboreque: haec in bonis
 animi ornamentisque corporis, splendoreque fama ponunt et nominis.
 Nichil supra rem ipsam Silicij.

Cantaber.

CANTABER ante omnes hyemisque, aestusque, famisque
 Incubus, palmamque ex omni ferre labore.
 Mirus amor Populo, cum pigra incanuit aetas,
 Imbellis iam dudum animos praestere saxo,
 NEC VITAM SINE MARTE PATI: quippe omnis in
 armis

Lucis causa sita est, et damnatum vivere paci.

SED et prudentissimam in fera ferreaque Gente Nature seler
 tiam agnosce, et admirare. Quibus ferrea dedit pectora, etiam Pa
 triam ferream elargita, ne materia scilicet defuit robur languere
 res sibi que obducere. Fuisse scimus Gargara procreta lacta tri
 tico, Macuaniam armento, ebore Indiam, Sabeos theure, Galpa
 mo Iudaeam, Asiam unguentis, Africam montibus. CANTABRIAM
 ferro notilem unam in multis scimus. Ut haec male tibia felix Iu
 nonis filius formosus, haec malleos incudesque fransulise videatur:
 hic Steropen Perontengue alterno, nec unquam intermisso labore, fa
 tigare edomando metallo. Palladem excludunt montium confrastra
 crepidines omnem, et incuia saxa, et concreta fluentia pigro frigore,
 nisi Bellacem. Pauchum intotum pellunt, ut ne in feruentis dieum
 braculum addere permittant. Omnia Marti sacra, omnia Volcano
 pericia adeo, ut [CANTABRIAE] maritima parte, quae Oceanus
 alluit, Montem esse praerupte altum, incredibile dictu, TOTUM EX
 FERRO] perhibeant: ut si calcare CANTABRIAM velis, extra ferrum
 pedem figere non liceat: materia incedibus edomanda tot saeculis per
 durantes.

AVOCANT ASTVRES CITERIORIS HISPANIAE altera glo
 ria nec postrema. Vocabulo non uno eodemque dicitur videtur, alij ASTVRES,
 ASTVRIOT alij, non nemini ASTYRIOT. Vetus monumentum Norolij epia
 num esse testis habeo Strogala aduocatum in edibus Franc. Michaelis Pa
 trisi, quod, quia pulcherrimum est, istum subicimus.

Q. PETRONIVS. C. F. PVP. MODESTVS. P. P. BIS
 LEG. XII. FVLV. ET. LEG. I. ADIVTRIC. TRIB. MIL. COX. V. VIC.
 TR. COX. XII. VRA. TR. COX. V. PR. PR. DIVI. NERVAE. ET. IMP. CAES.
 NERVAE. TRAIANI. AVG. GERM. PROVIN. HISPANIAE. CITER. ASTV
 RIAE. ET

CALLAECTARVM. FLAMEN. DIVI. CLAV. DEDIT. IDEMIQUE. DEDICAVIT.

AJTV

ASTURIAM habes, indeque ASTURIOS, qua appellatione in Strabone censentur: ASTYRIAM etiam dictam Regionem Lapis persuadet, quod I. Gruterus ex Smetho Roma in pavimento sacelli, quod est ad S. Gregorij, in Celio monte, tabula contracta etiam num exstare testatur.

ACONTII

L. RANIO. OPTATO. V. C. COS.

CURATORI. REIP. MEDIOLANENSIVM

CURAT. REIP. NOLANORVM. PROCOS. PROVINCIAE

NARBONENSIVM. LEGATO. AVG. ET. IURIDICO

ASTYRIAE. ET. GALLAECIAE. CURATORI. VIAE

SALARIAE. ET. CURATORI. REIP. VRVINATIVM

MAJAVRENSIVM. LEGATO. PROVINCIAE

ASIAE. PRAETORI. TRIBVNO. PLEBI

QVAESTORI. PROVINCIAE. SCICILLIAE. +

SED de Genis innato robore pauca haec habet. [ASTURES peridi tempus ingenti agmine a montibus sacis descendebant: nec comitescupes ut barbaris impares; sed positi castris apud Althvam flumen] [sed hoc regione scilicet nomen factum] [trifariam diviso agmine, tria simul Romanorum castra aggredi parant.] Ignosce animos ingente servituti impatientissima vere ingentes: [tria simul Romanorum castra aggredi parant] magno ausu: alii virtutem iuvantes, hollemque per partes aggredi, quanguam et in partes ipsi, securius et tutius arbitrati, quam in unum cohaerentem corpus. Et quod in Martia magis, quam cauta Natione mirari iure possis, solerti precedentique consilio, ita castra posuere, ut, [nisi trigiesimi prodidissent futurum esset et anceps, et eruentis, atque utinam matua clade, certamen, tunc tam fortibus, etiam subito, tam cum consilio venientibus.] Ita plerumque Virtuti vera fors insidiatur inimica; et ubi virtus dux est, comes fortuna non adest. Sustulerat tamen illa caput tantisper, et inter semianimes ASTURVM proiectos acervos pene sibi restituta necdum de victoria desperarat, nisi potentior fortuna restitisset irata. Nam [adco certatum est, ut in captam urbem festes potarentur. egregie dux impetravit veniam, ut Victoria Romana potius staret, quam incensa, monumentum]

NEC tamen ASTURVM cum aetate assumpta vives, aut paces bellacissima ingenia hebescere potuerunt. Hac Provincia post sedam
illam

Et hic ASTYRIAM videri
unde et ASTYRES dicitur
gens. Parvaque Lapis
cuius et apud I. Gruterus
hoc est, et apud Oruffum. +

illam Roderici cladem, occupataque Hispanias ferro Punice, Patria perfida, iniuria foemina, veordia gentis, fatalis belli reliquias, incendij ingentis parvam scintillam, Valens excepit. Inde Hispani roboris colonia deducta, Gothici sanguinis generosa propago, Aetnaeque vix acies, amissam persequendam igneuiamque ab alijs Patriam paulatim per summam animi corporisque virtutem in pristinam libertatem Iarvaenis pulsas asseruerunt: tandemque post septingentas aetates Imperio potiti rerumque veterem hostem haecenusque formidandum populerunt. Sed haec in Castella Asturisque confinis populis contigero: Aegoniam alij cum ijs Gentibus, quarum illa caput est, nec sanguine, nec robore ASTVRIBVS impari excessu seruitutis iugo, liberarunt: quorum in suum locum gloriam referuamus. Neque ASTVRES vocant, quorum ea gloria fuit: quos inter parua scintilla, tantum non inter frigides cineres asseruati in eam flammam abiit, unde ab Occiduo ad Orientem solem, inde iterum in cadentem fama nominisque splendor, non absque Iberorum ingente gloria, Imperatorum Regumque praebinxit lumina, animo inflammauit.

OPEs hic apud ASTVRES nulle, quia in pretio nullo: namque alij opes, ASTVRIBVS fides erant: ut nisi Romanus montes set latentes, nunquam illi eas vel digito contrectaturi viderentur. Nam [quoniam natura regionis circae omnis aurifera, Minique et Chrysolita, et aliorum colorum ferax] supra ceteras Hispanias, negligebant indiginas: dumque in arma ferrum esset, aurum in luxum ornatumque non querebant: potius animo vere Philosophico conculebant. Vnus Augustus [exerari solum iussit sic ASTVRES latentes in profundo opes suas, atque diticias, dum alij quereunt, nolle ceperunt]: ignoraturi perpetuum quid tandem enixura esset verum ferens magna Mater, si quae sibi sibi vnus ab foetu subdium. Atque utinam ne sic quidem dignouissent: non ille cecinisset:

ASTVR Accarus

Visceribus Laccra telluris mergitur imis,
Et redit infelix effuso concolor auro.

SAGVNTHINI. FLORVS
restitutus

CAPVT. V.

REVOCAT HAERENTEM IN CANTABRIS ET ASTV
RIBVS qua

— tanto cecidit molimine Graia SAGVNTHVS,

[Vetus Hispaniae civitas, et opulenta, fideique erga Romanos magnis
quidem; sed triste monumentum. Quam in libertate communi federe
exceptam, Hannibal causas novorum motuum querens, et suis et ipsi-
rum manibus evertit, ut Italiam sibi rupto federe aperiret] non ali-
ter tuto Romanis arcibus infidiaturus, quam si Valerem Urbem, armis
vivisque, et fide constanter ac pertinaciter pronam in rem Romanam ex-
pugnasset: facturus in [animosa SAGVNTHO] periculum, an Italia
quoque modo posset aut iugum pati Carthaginis, aut armis impeti, aut
fraude circumveniri Punica.

VOLANTES e caeca pulli indiligenter custodiens pullario, aut si sa-
luti offam contempnerent, nec rostro dignarentur: aut si aude quidem
pascens solum esse deudis pasciret frustulis, praedivinabant futura
aut eladem aut victoriam: tripidiumque sollicitum victoriam certam
stabilem, praemonstrabat incerti: Pullorum ex presumptis cibis nausea
male pugnatoros horrore quodam, quasi iam plane pugnassent male,
passabat. Et nisi Mancino caeca inclusi pulli malum fecissent au-
gurium euolantes, male ad Numantiam pugnasset nunquam; nunquam
se turpissimo, ac Rem Rom. federe maculasset, armorum manibus ut
suo detractis.

CARTHAGINENSIVS alius erat longe euenturum praedivinando
rum modum, Urbium expugnatio: ut nisi Hannibal SAGVNTHVM aggres-
sus armis tandem fregisset, et in eadem et incendium commune compul-
set; nunquam inter Padum et Ticinum primus ille punici appara-
tus turbo cum valido statim fragore detoniturus esset, fuso Romano,
saucio et tantum non capto Scipione: nunquam ad Trebiam secunda,
sed horrida tamen, procella ab Carthaginensi in aera nube Sempronio
Cos. desecutura, serpentes praehorroris frigidi nivalisque dies Roma

B.

no

S. 2. 2. 2. 2. 2.

nerandam. *Offensam* Poeta *Lexa* inter legationum moras delicta

Neu praesens *Neumen* populis, et nomine solo

In terris iam nota *FIDES*!

Exit qui neglectam Urbem uteretur, hucque ipsius sanguine scelus
expiet, non aliter expiandum. *Servasset* *SAGUNTHUM*: Poenum
iugulo Italia impendentem, inhaerentem huius arcibus non vidisset. Sed
qua res tibi infamiam, quae tantum non exitum peperit, caesero *SAGUN*
THO ingenis gloriae in omne consequens acuum initium fuit, non melius
fidei constantiam ostentaturus, quam si inter flammarum globos, cru-
ris torrentes, vibratos enses, in perperos cineres conseruasset. Maluit
Fidei laudem virtutisque prerogativam per exitum, quam salu-
tem per neglectas amicitias leges conseruasse videri.

SED vide quae de *Lebor* quo abierim calore quodam non ini-
ta, quamquam fortasse intempere indignationis abruptus. *Ignoscas*.
Iam desit Urbis nonnullas. [Ciuitas ea longe opulentissima ultra
Iberum fuit, sita passus mille ferme a mari: cuiusdam *Zacyntho* in
sula dicuntur: nihilque etiam ab *Africa* *Dutulorum* quidam ge-
neris. Ceterum in tantas breui creuerant opes seu maritibus, seu ter-
retribus fructibus, seu multitudinis incremento, seu sanxitate disci-
plinae, qua fidem socialem usque ad perniciem suam coluerunt,] et
et Romanis eorum societas experenda, et habenda in pretio: et Poe-
nis opulentia et magnitudo meliora non sine indubitata formidi-
ne videretur. *Licinus* illa prodidit. Sed et *Polybius* has simillimas.
[Ciuitas ea ultra Iberum sita est, radicibus montis, qui Hispanos
[reliquos] a Celtiberis diuidit: cuius incolae et copia terretribuum fructuum
et multitudinis incremento et virtute militari caeteris Hispania po-
pulis praestant.] At quantum illud esse existimas inter belluissimas
gentes, quibus fati modus in dextra esset, gloria in armis, virtute mi-
litari caeteris praestare populis? Cum Iberum audis militem, Mar-
tem cogites furentem in hostes, pedum impulere, aerem in acies,
ardentem in ferro, *Lehem* in caede, gaudentem in sanguine, triumphan-
tem in morte. Cum *SAGUNTHUM* audis? Virtute militari His-
pano militi antistantem. At de Genis origine *Sicut* Poeta no-
bilis adijere carminas sensu non alia, ab his quae dicta sunt nu-
per ex *Licinio* et *Polybio*, sed pulchra tamen, nec digna quae
expungantur. Ea extant apud *Sellium* I. *Dunic*.

Haud

Haud procul Herculei tollunt se litore muni,
 Clementer crescente iugo, quæci notabile nomen
 Conditus exelso sacrauit colle SAVVNHOT.
 Mox profugi ducente. Noto aduertere Coloni,
 Insula quos genuit Graio circumflua ponti,
 Atque auxil' quondam Laertia regna Batynthus:
 Firmavit tenues orbes mox Daunia pubes
 Sedes inops, miseri largo quam diuis alumno
 Magnanimis regnata viris. Neque Ardea nomen.

Puscant alia. Munibifimam Urbem Hannibal, nec tam moeri
 bus quam ciuium confessione firmatam validamque, certus dirue
 re, corona cinxit. Ac nec eo contentus [interim se ipsum exemplum
 prebet, cum in conficiendis adiuuandisque ad moenia machinis, tum
 in aduendis locis, ubi magis imminens periculum obendebatur: omnia
 denique non secus agit, quam si nihil interse ac militem intersept.]
 Ut nisi Hannibal ille Romana arvis Imperijque terror Impera
 torem exisset in militem transmutatus, nullo unquam tempore SA
 GVNHVS fulmine illo belli tanquam igne decalo videretur tan
 genda inque cineres abituras. Romanos fascas ad Cannas Hanni
 bal pedibus subtrauisset nunquam, nunquam equiti anulos extorsisset,
 non iam numero computandos, sed mensurandos modio, nisi Imper
 ratorem egisset cautum et sobrietem. SAVVNHVVS vero nunquam
 coegisset in cadens promiscuam, nisi Imperator esse desisset; esse que
 cepisset miles, qui sub vniuersi Paris signis antea meruisset. Itaque
 Roma in extrema poene clade Poenum Imperatorem tantum vidit:
 SAVVNHVVS etiam militem: et in obsequas stipendia fecit tiro, quo
 due ad Cannas magni homines ingenio virtuteque meruerunt.

At interea? ——— Stat dura Iuuentus,

Exeptamque fugam, et claudi videt aggere muros,

Sed dignam Ausonia mortem putat esse SAVVNHVVM

SERVATA CECIDISSE FIDE. ——— Cui iam di

cam? vilius constipse Poeno victorias quatuor in Italia, quam
 unicum in Iberia. Inter vsitantia, diemque tantum non adimi
 tia Romana tela Hannibal euasit incolumis; et qui quatorde
 na Romanorum millia ferro delauisset ad Cannas, ferri iram
 nullam est expertus. At dum ad SAVVNHVVM [murem incautus
 Sabi

Sibi, aduersum femur fragula grauius ictus caedit: tantaque circa
fuga et trepidatio fuit, ut non multum abesset, quin opera, et vinca
referrentur.]

Tarpeia rapas, superisque habitabile saxum,
Et vos virgineâ lucentes semper in arâ
Laomedontea Troiana altaria flamma,
Neu quantum vobis fallaci imagine teli
Promisere Dei! propius si missas furenti
Hasta foret, clausa starent mortalibus illos,
Nei Brasimeneius nunc Allia cederet vrbis.

Sed et illud nescio an admirandam magis, an laudandum. Proceidens
cum fragore ingente, contremente circumcirca pulsata graui casu tel
lare, quidquid murorum inter vtriusque arietis ex aduerso fidentes
interiectum erat. Et cum capsum oppidum putaret Pœnus, cumque
effusus in cursum, quasi in triumphum iret, in hostes curreret per ruinas,
arietavit in murum: et ubi Lapidium diiicerat, ferreum reperit. [SA
GVNTHINIS pro nudata moenibus Patrias corpora] armata ferro [op
ponentibus: nullo pedem referente, ne relicto à se loco, hostem admittere
ret] An qua talia haberet vrbis in ciuibus pectora, moenibus indigu
isse censetis? Sed et inde vicloriam, quasi in ludibrium Gentes fortis
sima, SAGVNTINI que ludum advidentem parum, post paulo lachri
mas funestissimas expressuram. Nam [cum diu anceps fuisset certa
men, et SAGVNTINIS quia resisterent exuberant animi; Pœ
nus quia non videret provido esset; clamorem repente oppidani tol
lunt, hostemque in ruinas muri expellunt, inde impeditum trepidan
temque exhorbant: postremo fusum fugamque in castra redigunt.]
At scis quantum militem, quantum qualisque exercitum fundunt
fugantque, et in munimenta compellunt? [Abundabat multitudine
hominum Pœnus; ad Centum enim et L. M. habuisse in armis ira
dicitur.] Sed ut nihil aduersus Superum decreta stabile est, vrbis tan
dem ipsa, que diu se vivere posse desperarat, fata properant sua.
Et vel in extrema desperatione cladeque integris obstant animos,
sollata sibi non tam deesse virtutem quam vires, non tam causam quam
fortunam: propterea a sua ipsius ira citissimam, quam ab hoste ser
ram mortem: indigna que aliena dextra caderet quam sua, que
alterius staret merito, quam virtute sua. Ne vel Hannibali ea
per

permittere laudem, quod vitam in illius ferro exueret, nec sibi adire
re facinoris gloriam videretur. Idcirco ab hoste servari, maluit a
se perire tamen, dubiumque poterit esse, an ab eo qui dele-
re Romam, si voluisset, potuit, deleri potuerit.

OPULAE ab Hannibale Alorico agente SAGVNTINIS
federis leges, quales belli victoriaeque iure victor vult: indigna
quidem genere virtuteque, quanquam non omnino miseris despera-
tisque rebus iniquae. [Ad hoc audienda cum circumfusa paulatim
multitudine, permittum Senatus populi conciliium esset, repente Pri-
moras secessione facta, argentum aurumque omne ex publico, pri-
vatoque in forum collatum, in ignem ad id raptum factum conijcien-
tes, eodem plerique semet ipsos precipitauerunt.] Interea Poenus fer-
ris diu quasate collapsaque ruinis admissus, praeter ferrum ex se-
miambushis artibus nidorem, ex fumo fuliginem, ex flamma facul-
tam ex ~~flamma~~ thesauris miseriam, quod in triumphum ducisset,
inuenit nihil.*

Post eam cladem, furesbam Licet, Civitas iterum restituta sibi
ex paucis, qui cladem effugerant iterum aucta illudisque fuit.
nec fide in Romanos minus, quanquam iam misere desertores, no-
bilis diu duravit. Praeterea tamen incunite, haec sero nimis! Roma
nos poenitere cum cepisset, novis curis instauravit, beneficiisque
plurimis affectare Civis. Idcirco eius rei lapides plurimi, qui ho-
dieque extant non SAGVNTINI solum, sed etiam Sarracone et
alibi, in quibus SAGVNTINIS non paucis sua vivit fama.
Sarracone talis legitur.

M. FABIO

M. F.

GAL. MAXIMO

SAGVNTINO

FLAM. P. H. C.

P. H. C.

Antic ex Fabia Gente in Romanis familijs non potrema, vido-
runt alij, quibus stij plus erit. mihi in neutram partem pen-
det animus: quanquam et cognome MAXIMVS et alia le-
uora eo dicebant. At posteriores ea nota P. H. C. bis
adscripta id notant: Fabium hunc flaminem fuisse Provin-
ciae

cias

* Inter prodigia iure
habitu, quod eodem
anno, quo deest Sa-
guntinus est, contigit
se combat: in uterum
recessum protinus
natum infantem, qua
si plane spectant futu-
re cladis esse exhorre-
ret. Auctor Plinius
lib. VII. cap. III.

cia Hisp. Citer. eidemque exaltam Statiam aut cippam ab eadem Provincia. Invarione item monumentum hocce exstat hodieque.

Q. CAECILIO. GALERIA. RUFINO. Q. CAECILII. VALERIANI. F. SAGUNTINO. OBLEGATIONEM EVA. GRATVITA. APVD. MAX. PRINCIPEM. HADRIANVM. AVG. ROMAE. FVNC. EST. P. H. C.

Et hic Caecilios duos vides eodem nomine: quorum vel nomen unum Romanam nobilitate sanguinemque prodere con- fiteare. Exillimarimque post deletam restitutamque SAGUN- TIVM, non paucos ex praecipua Romana nobilitate eo comni- graffe sibi que sedes certas statuisse, unde genus posteris propa- gum. Addamus et tertium monumentum: sed recens minus, iam inde a Claudio aeo. Exstat SAGUNTINI.

SENATVS. POPVLVS
QVE. SAGUNTINORVM
CLAUDIO. INVICTO
PIO. FELICI. IMP. CAES.
PONT. MAX. TRIB. ...
POJ. P. P. PROCOS.

Qua in re illud liceat obseruare a vocabulo SAGUNTI aspira- tionem abesse, quam nos tamen usque retinimus, et scriptores se- quenti magnos, et originem Graecam. Sed hoc tamen non sit.

Post varijs casibus conflictata SAGUNTINI, que magna- rum urbium fuisse in Hispania fatis, multum tandem abiit a primitina maiestate. Et qui Invarionem misere deformauerunt Got- ti, Poonique, excindere SAGUNTIVM fere, ^{conati} Nunc Oppidum est in agro Valentino ab Valentia Urbe passus XII. M. ad radices montis situm, eodem prope loco, solo ferax, celo salubre: vbi multa etiam nunc exstant antiquitatis monumenta. In ipsa mo- tis crepidine Arx est admiranda prope veritatis, nostro a quo- ne collega. ~~Itaque in ipsa crepidine in arce adhaerentibus prope~~
~~apertis: accipienda sunt in ista crepidine in arce adhaerentibus prope~~

~~redat, reliquias hauriens, et in agris Caesaris.~~ Valentia cum epemur
ante quinque annos Vrbem vidimus tabellam aeream in S.A
GVNTHINO defflam agro. Excavata in ea incisoria scalpello
Littera in profundu, rudiore quidem arte; et qualis plerasque esse
comperimus, qua Caesarum acum veritate transcendunt. Eam
habes. Numus aereus antici.



NUMANTINI.

CAPVT. VI

ASSVRGE NVNC CALAME; ET QVO PATENTIOR
se campus fundit, quo grandior materia surgit, eo valentius
vires exere, eo animosius exurge. Dederit NUMANTIAM
alia, quam a Cothurni arastita oratione dici. NUMANTI
AM dicimus Imperij terrorem, ac poene dixerim cladem, Citerio
ris Hispania [Si viros spectes, summum decus: quippe qui sine
muro, sine turribus, modice edito in tumulo apud flumen Duri
um situati, IV. Millibus Celtiberorum XL. milliam exercitum,
per annos XV. soli sustinere. Nocissime cum inuisitose con
staret, opus quoque eo fuit, qui Carthaginam cuerterat.] Quid
simile alibi legat antiquitas, aut admiratur posteritas? Uniuersa
Gallia armis vixisque florentissima nouem vix totis annis
C. Cesari cecit; et in Prouinciam de More redacta seruitu
tis

his Romane iugo cervicibus neque indomitas, impatientaque sebedi
dit, invita licet. At apud nostros unica Civitas, neque ea mag
na aut ampla] NUMANTIA in bello Celtiberico, quod adver
sus Romanum Pop. gestum est. Virtutem propriam ostendit,
quod vicefirmum perdidit ad annum: complures enim exercitus
cum Imperatoribus ad internecionem detrahit.] Strabonis haec
sunt: illa Flori. Sed et aequissima belli suscepti causa glori
am Genti auxit, corporisque robur inflexum animi Virtus, Humanitas,
Pietasque in maius exultat: Hospitalitas cuiusque iura ad aras usque ig
neque servata commendavit. [Non temere, si fateri licet, illius causa
belli iniustior] Romani unquam fecit. [Sedentes socios et consangu
neos, Romanorum manibus elatos exceperant: habita pro eis deprecia
tio nihil valuit. Cum se ab omni bellorum contagione removerent, inco
gitimi foederis pretium, iussi arma deponere. Haec sic ab illis accepta
quasi manus absunderentur. Haec statim Megara fortissimo duce ad
arma conuersi:] Neque ante in seculum inculpatae defensionem ferri
strinxerunt, quam pro sociorum incolumitate supplices Senatui inter
pellarent; quam superba reiecerunt. Jam mentes exaltissimas, Re
gia dignas stirpe cense. Etiam Victores saepius hostem de foedere ap
pellarunt. Bellum non iustissimum sedum ac plane necessarium causa,
sed et ratio modestum fecit: et cum triumphare in bello inter vntatores
les possent facile, quiescere in ombra inter natorum greges maluis
sent, si tamen victus ac contumax hostis permisset. Nec ideo belli
gloria, quam patri amore obscuriores: docti famam noua via uel
lisque hactenus signata vestigijs ~~perambire~~ ambire, ad viti nullum expug
nare, et quiescere parati: et cum possent leges dare profligatis, accipere
maluerunt. Florus audiendus tibi. [Pompeium proelio aggressi, foedus
tamen maluerunt, cum debellare potuissent.] Hoc vere est generosum
esse, et in corpore non grandi mentem inclusisse grandem, miraque
gemmam magnitudinis et pretij modico auro: nec minus composita esse in
genio, quam prompta manu, quam forti pectore. Cum vincas, nolle vin
cere; neque in victoria victoriam ostentare: nec magni facere nulland
ante quaesitam famam, mereri potuisse contentus. Inplevit vulgus in se
cunda, Languescit in aduersa fortuna; et cui animus vnus non est,
et constans, sorte mutatur. nate vnus huc in alium abit: imo mo
menti mentis colores, exiitque et induit cum casu ^{fulsus} ~~castris~~. Namque
candi

eandem in non eadem rerum facie, faciem tenere didicerit numerare, si velis, manu possis unice. Et si Fortuna loquatur, aut Apollonium priam, etiam ij qui tenuisse sunt visi, sefellipae spectatores arte et simulatione dignoscantur. NUMANTINI vnde alius animi laborem perfectum ac superbiam contraxisset; inde gloriam moderatioris, inde modestae laudem venulere.

[HOSTILIVM deinde Mancinum affiduis cadibus ita subegerunt, ut ne oculos quidem aut vocem NUMANTINI viri quicquam sustineret. Tamen cum hoc quoque pedes maluerit contenti armorum manibus cum ad internecionem sequire potuissent.] An non illa admiranda sunt? quid unquam alibi de Romano dictum simile? iactantur Macedone? de Graecis scriptum? confiteam de illo? [ut ne oculos aut vocem NUMANTINI viri quicquam sustineret.] Et hoc tamen ab hostibus scripta, ut nisi illi scripsissent Satyrus possent aeternum. Domitricem gentem gentium, Orbique de triumphaticem, cuius ac legibus ne arma experiri cogereur iratas, graue iugum admisit, cum iactura libertatis et fame, NUMANTINI vnus domuit fugitque: nec ferro illic armis opus ad tantum ausum, ad facinus audiatum nunquam, nunquam confiteam, sed voce; non voce, sed aspectu. Consperta Romani roboris acies integra stetero in acie, valentesque, dum abest NUMANTINI. Vno nec respiciente visis, vel auditu clamante, diiecta ac perturbata pedem retro in fami genere fuga sulere. Quid si nec visus nec auditus irruptu repente non opinantibus incubisset?

COCLITIS Horatii virtus supra ceterorum dilatata, cum vnus Sertuicorum phalanges in sublicio ponte excipere ausus est. [id nimirum tum illo die fortuna Urbis Romana habuit] scilicet. Sed armis ille probe connectis, ferro parmâque armatus in hostem abiit, effecitque [ut obuersis cominus ad inuendum praelium armis, ipse miraculo audacia obstupesceret hostes:] nec tam abegerit, quam tardauerit; dum in teruisso ponte tutus esset Romano pauenti in urbem recessus, receptusque, aditus in urbem hosti maculatus. At NUMANTINVM in ponte sublicio fuge: finge Romanas acies, non iam centenorum, sed millenorum quadraginta militum: voce aspectuque hostes sine ferro terruisset: nec ferruisset solum, fugasset sedissetque. Has tu voces? hos aspectus dicas? ipse tonitrua potius, fulmina potius ab irato Nemine rabente rotata dextera, irata derubata nube dixerim. Et tamen. vnde in ira modâ
in vico

in victoria moderationem. [Foedus mature contenti armorum manibus, cum ad interuentionem seuire potuissent.] Non sic illi a Romanis habiti in causa non admodum dissimili. Sed fata Urbis [Scipioni Carthaginensi incendij aduersa Urbium imbutis] seruabantur. Et tamen prius [cum Romano milite, quam cum NUMANTINO hoste praeliandum fuit.] tante molis erat NUMANTIAM diruere. Sed et tum prodigio simillimum fuit, [quodque nemo se unquam visurum sperauerat, fugientes NUMANTINOS videre.] Vnius ea Scipionis gloria fuit, cui fortuna omnis seruiebat. Non ille tamen armis, sed patientia vicit: non illi ferro, sed fame sunt viti, non secus ullo tempore superandi. Et vero non illi cessare, cuius nunquam perferere ferrum, dices; sed a patria maximaque calamitatem fame, cui nulla virtus parasse potest. Perstiterunt aduersus Romanas acies, etiam Scipione ducente, fuerant, illiusque intercessuri felicitatis flumen pleno quaque alveo decurrentem, nisi comneatus defecisset victuros. Itaque Victoria gloriam non Romanus, sed Necessitas arripuit: quasi indigni essent NUMANTINI qui ab alio quam a necessitate vincerentur. [Non est permissa pugna morituris orantibus praelium, ut tanquam viros occiderent.] Vide qualia de NUMANTINIS Africanus concepit: qui [nouam] de illis [victoriam] commentus est; non velle pugnare.] Itaque inauditus ante pugnandi modus, [non pugnare] ad NUMANTIAE expugnationem excogitandus fuit. Inaudita virtus, inauditis modo vincenda fuit.

SPIRITUS illos magnanimos, et flexam nunquam constantiam ne in foeminis desideres, haec cense. [Consilium fuga quoque, eruptioe quorum singulis Uxores ad amore, summo scelere per amorem.] Regina olim nauali ingente pugno, Regium exuta cum purpura petus antiquo debellante [prima dux fuga cum aurea puppe, veloque purpureo se in altum dedit: mox] fugientem [sequutus Antonius.] Atque animos Regina exuunt, NUMANTINAE induunt foeminae sceptrum et diademata digniores. Extrema videamus, et infuorem exstimata tam iram versam. [Duces suos, segue, patriamque ferro et veneno, subibique undique igne peremerunt.] Vide qualem Gentem fame concrauit Celtiberia nostra, NUMANTIA Celtiberica.

AT expugnator Scipio in extremo Urbis luctu cinerisque acerbo, inter semiambulatorum cadauerum opumque et armorum a

cervos cineribus intermixtos gloriam confectatus, humanam gloriam vere fumum esse, umbramque, et facultam confirmavit, qui nil aliud in urbe invenit. [Nam Duce maximo oppressa Civitas nullum sese gaudium Noli reliquit.] Age iam Triumpho Scipio, et aut equo aut curru incedens victorem militem laureata stipante auro in urbem admittet. Subacti NUMANTINORVM superbiter triumphalem pompam ducant: opima spolia, militaria capta signa, armaque praecedant. [Unus vir NUMANTINVS non remansit, qui in caenois dueretur. Præda ut de pauperibus nullus, arma cremaverant: Triumphus fuit tantum de nomine.] Et triumphat tamen Scipio de NUMANTIA: et gloriosior illi de unius urbis nomine, quam de Carthagine Imperij æmulatrice deletæ, triumphus fuit.

SITA Urbs olim in extremis Celtiberia finibus in Arcuacis non procul ab Seria Urbe; prope Durium amnem in colle modico leniter assurgente: præruptis montium crepidinibus tota pene cingebatur, sylvis nemoribusque densissimis circum circa spacantibus humum, pabulamque tum pecori, tum igni præbentibus, et in munimenta Urbis, domorumque ac edificiõrum materiam exerescentibus. Ad partem BARAY, IV. P. M. ab Seria Urbe vestigia vetusti oppidi hodieque cernuntur, quibus NUMANTIAE gloria inter mortuis cineribus semispalta servatur, ac utcumque vivit.

CELTIBERI QUAM LA
te patentes Populi: quibus Gentibus
confines. Strabo restitutus, illustratus:
notatus, excusatusque Ptolomæus.

CAPVT. VII.

VENIAMVS ad CELTIBEROS nostros: deest, [Ad Hispaniæ totius robur.] At qua aut aggrediendum Nobis; aut aggressi quidem eundem intantiarum rerum Sylva et mole, tamque patente laudum, et gloria campo; non parum præsertim aut confusi semitis, aut impeditis itinere, difficultatibus non unius generis?

Equidè

Equidem si carmen in unum
 Tartarum sperem cumulo adulescere verum,
 Promittis imponam glaciali Pelion Onnes. Et vero verbo
 Si partem lacuisse velim, quodcumque relinquam
 Maius erit.

Sed audiendum tamen est, unde fors tulerit, nec diu de ordine contendendum.

CELTIBERIAM longe patentem fuisse Provinciam, et qua multas gentes contineret, perculgatum est ex probatissimis veterum monumentis, magnorumque scriptorum consensione. Sed quia varie hac avarij pronuntiat, nos ex discrepantibus aliorum sententijs, quod vero videtur similis pronuntiabimus. Et Ptolomaeus quidem in CELTIBERIS Valeriam ponit, cuius populi Plerio Valerenses appellantur: et in Galesio Numus est, in quo Colonia Julia Valeria dicitur: quam me quidem iudice ex eo numo litteris nimirum compendio scriptis COL. IUL. VAL. firmum in eam rem sumi argumentum non potest. Porro Valeriam Cuencam esse, aut verius ad ea distans oppidum M. P. ad occasum XXIV. hodie Valera la vieja dictum indigenis, nobilium scriptorum sententia fuit, inquam Libenterimus. At Cuenca Urbs est nova Castralla non ignobilis ad ipsos Sueronis fluvij fontes (qui flexu atque incurvo maxime alios sinum mediteranei maris subit alveo pleno, cui desuo nomine appellationem inducit, Sueronensi dicto,) constituta. Sed et Saguntum ut ex Ptolymio nimirum Cap. V. sita est in ipsi montis radicibus, qui ab Hispanorum caeteris CELTIBEROS discriminat. Itaque Saguntum Concamque Urbes CELTIBERORVM terminos ad meridiem agnoscimus; ducta nimirum ab una in alteram urbem linea.

INUUPER in CELTIBERIS etiam Ptolomaeus Mediolum siue Mediolum censet, qua Medina Calina est ei, qui notas Ptolomaeo adiecit qualesquales, Villanovano. Renuit Barrerius homo ut censemus optimo iudicio et doctrina, cui adhaerendum est. Porro Medinam Ecceletam dictam ex veris monumentis monuit Carolus Clusius. Ecceletam Ptolomaeus vocat, nec inter Celtiberos, sed inter Carpetanos numerat. Mediolum vero ubi constituere debeamus non satis nobis peruestigatum est, ne coniectura quidem. Perigimus. Turiasonem Pictalimque in CELTIBERIA sitas, si etiam silicijet Ptolomaeus, vel ex Plerij, Valerijque testimonio certum est

Set

set. At si spacium Guriasonem inter Saguntumque extrema CELTIBERORVM interiectum cogitatione volueris peragrare, CCXXX. M. P. numerabis: aut LX. circiter miliaria Leucas. Videamus cetera. Ad occidentem solem proximos CELTIBERI Carpetanos attingebant eumque in his Ptolomaeus Complutum Liboranque, quae alij Elbona est, addititae, non difficile intelligimus, quibus ad occidentem CELTIBERI limitibus clauderentur. Edecani ad Orientem solem CELTIBERIS proximi, in quibus CAESARIAVGVSTIAM Ptolomaeus numerat, et Saguntum. Atque his limitibus CELTIBERI primitus contenti arctabantur, quoad belligloria famam nomenque se cave sibi, conterminisque gentibus indidere: qua de re mox redidit sermo. At tota haec Ptolomaei de Hispania populari tractatio (nam ceterorum non expendimus) ita est impedita pars corrupta, pars obliterata vocibus, numerisque aut transpositis aut mutatis, ut non aliter cum eo contendendum sit, quam Herculi cum Hydra. Per librariorum manus abeuntia magnorum virorum monumenta misere fuisse corrupta, ubi praesertim et insipientia vocabulorum, et numerorum nota non vices generis calamum morabantur, errorisque aditus dabant, quis miretur? Itaque Ptolomaeo non admodum fidendum alibi moremus serio.

Potest periculi sive desiderata libertatis communiōne multa gentes in CELTIBERORVM et mores et nomen migravere. CELTIBERIAM certe non iidem perpetuo contentam limitibus, quantum variorum auctorum expendenti scripta coniectari licuit, pronunciamus. Nihil facilius ac communius quam variante Martis alicui augeri minuique Regiones. Exemplo sit ARAGONIA initio quidem Aragoni Comitatu infra quinque fere hispanas Leucas contenta: post pluribus nobilibusque de Mauris alii triumphis quo passu vixit, etiam crevit, in eam amplitudinem quam hodie habet. Sic CELTIBERIAM profus; initio non admodum amplis limitibus comprehensam intra Carpetanos, Edecanos, Cantabros, Bretonosque, ut mihi facile persuaserim: ita post fama bellorum auctam excrevisse limitibus conlenderim, ut quaeprimis contermina fuere Gentes, deinde intra CELTIBERIAM censerentur: et ingentes copias non educere solum sed et in aie conservare, supplereque cum esset opus facile possent.

QVID te moror, Lector? aliter discrepantes interseso magnorum

rum scriptorum sententias in concordiam adducas nunquam. Ex Stra-
bone conse hoc paucis, et ex illi CELTIBERIS limites assignato.
[Ubi vero Idubedam (nunc montes de oca) transieris, e vestigio Celtiberia
frequens dispar occurrit. Magna illius pars inulta et aspera, et flu-
vialibus inundationibus vastata, quod per hos Anas defertur et Sagus
et deinceps flumina plurima, qua in occasum irrumpunt ocean-
um, originem ex Iberi agris habentia: quorum Durius prop-
ter Numantiam etiamque Seguntiam currit.] Vides quam late
CELTIBERI habitarent ex Strabonis sententia, qui et Anam flumi-
nem, et Sagum attingerent, et Durium, quorum inundationibus
CELTIBERIA frequentibus vastaretur. Videamus hoc diligentius, ne
ab Strabone longius abeamus. [E regione septentrionis CELTIBE-
RIS Perones proximi, et Cantabris Conisus habitant] Collimitanei
ergo fuerunt Perones CELTIBERIS, Cantabrique, et hi vicissim in-
terse: nunc quo pertingerent inquiramus. [Horum vrb̄s varias
ad Iberi transitum sita,] quam etiam Ptolemaeus Peronibus tribu-
it. A septentrionibus ergo Iberum fluvium, non incommode
CELTIBERIS terminum statuamus. [Ab occasu Athures quidam
sunt, et ex Callaicis aliqui, atque Vaccas Vethionibusque et Car-
petanis.] Non hic tantum non aduho; cum inter Callaicos CEL-
tiberosque, medij sint Vaccas, Carpetanique se fundant: nisi dica-
mus CELTIBEROS angulo quidem, sed oblongo sinu exproretur
Athures a Septentrione, ab Aulho Carpetano Vaccasque veluti
Lambentes, attingisse Callaicos, ut Strabonis constet sententia; quod
mihi tamen admodum simile vero non videtur. Vel quod mihi ex
Strabonis ipsis subinterre verbis video perspicue sciri: CELTIBERIA
pars Athurum, Callaicorumque, et Vaccarum, et Vethionum, Car-
petanorumque claudebatur. [Ab occasu Athures (inquit) quidam
sunt; et ex Callaicis, Vaccas, Vethionibusque et Carpetanis ali-
qui] Si aliquos istorum ad occidentum habebant solum CELTIBE-
RIS, cur non et omnes? cum si Carpetaniam CELTIBERIA contine-
tam negas, omnes ea Gentes quarum coloi meminit Strabo Occi-
dentales essent Celtiberia. Itaque cum dixit quosdam Athures esse,
et ex Callaicis caterisque aliquos, illud voluit, non quidem in-
tegras eas gentes, sed earum tamen partem aliquam ad CELTI-
beriam pertinere, cuiusque terminis vox includi.

Consequens

CENSEAMUS cetera. [Ab Auso vero Oretari, et ex Prætorianis quicum
 que Oraxdam insulam] CELTIBERUM attingebant. Porro Oretari ab O
 reto Germanorum que hodie Calatrava est, nomen. Sed cum Calatravam di
 citimus eam intelligimus, quae Vetus cognominatur ad Anam fluvium.
 nam aliam, quamquam ab ea non longius distans interiecto tantum
 amne, receptiorem esse non dubitamus. Verum ab Oriente quibus locis
 limitanei CELTIBERI? [Ad Orientem autem Dubeda] Quam non
 tem eo dictum nomine, quippe a Pyrenæis ad Lusitaniam delatu per
 immensa viarum spacia, totam permensur Hispaniam, excurret, esse
 non posse sciri constat. Cognomini fluvij Plinius in Tarraconen
 si meminit: quem sunt qui ex M. S. exemplaribus Udicam, aut
 Udubam appellandum censent. Sed ubi gentium fluvius hic constituitur
 dicit? Alij Zonia esse, Millas alij in Valentino Regno diuinare
 potius quam affirmare videntur. Nobis nihil temere pronuntiandum
 videatur. Sedenim quid quid tandem de fluvio sit, Idubeda nomine ali
 cid quidpiam voluisse Strabonem: cum fluvius, siquis est tamen, non
 ad Orientem sed ad Austrum CELTIBERIS situs sit, ut et Va
 lentinum Regnum, inquit ille. Nos de Idubeda Straboni adferre
 nihil possumus in quo conquiescamus. Sed ex dictis tamen constat, quã
 potens armis virisque, Populique patens CELTIBERIA fuit, in qua
 non una gens, sed variae multiplicisque censerentur. Cuiusmodi et
 uisus Strabo dem est auctor, fortissimoque ad ortum et meridiem, in
 quibus et Arevaci ad Carpetanos pertingentes partesque Sagis: et
 rumque nobilissimam Urbem Numantiam esse. Ergo et Arevacos
 inquit in CELTIBERIS ponis, quos tamen Ptolemaeus alios vocat.
 Ipse vero inter CELTIBERUM non Arevacos solum, sed et plures ali
 as gentes, quamquam ab Ptolemaeo tanquam diversas enumeratas, cen
 sendas esse contenderim. Nam intra Ptolemaei terminos si CELTI
 BERIAM includeris, qui fieri potuit ut CELTIBERIS toties iustis pra
 liis cum Romanis acie confluerint? toties de imperio decertarint? to
 ties ingentibus fusi cædibus tanquam de morte rediitici, de vicina re
 parati, de cineribus ardentiora arma resumerent? Cui fieri po
 tuit ut M. Marcellus tribuum ex CELTIBERIA exegerit talen
 tum DC. civis rei auctor Possidonius est apud Strabonem. [Ex
 quo coniecturam facere licet, quod CELTIBERORUM natio fre
 quentissima fuerat, et auri atque argenti ditissima, tametsi agrum
 in

incidentes [sterkem] qua Straboni sunt. Quid iam de Urbibus ab his Graccho euerfis dicam? CCC. fuisse subuersas Polybius prodit bel-
lo vnico. At viti comico castella et Pagos Urbes dixit, ad triumphato-
ris gloriam in maius auendam. Dixit vers. nam Polybius non
admodum moramur. Lucius certe Florus nihil gratia dicit: et vers
CL. urbium euerfione eos a Graccho multatos scribit. Eundem Lici-
us ait CIII. oppida intra paucos dies in deditioem accepisse. que
si vera sunt, ut certe sunt: qualem quantumque potentiam CELTI-
BERIAM fuisse dicat: audeo dicere: Aragonia non minorem. Sed
capiti huic Strabonis verba pro coronide addimus maxime in eam
rem, et in hunc usque locum de industria seruata. [Acethor ve-
ro est Polybius, et hunc (Pratim flumen) et Anam e CELTIBE-
RIA nasci, qui DCCCC. distant intersi stadijs: cum enim CEL-
TIBERI plurimam fortuna ac dignitatis accessionem vendicassent:
finitimam istam Regionem eodem nominatam vocabulo reddiderunt.]
Geog. Lib. 3. Oritur autem Pratis infra Neurcia Regnum, ut in
CELTIBERIA non modicam Valentini Regni partem, quatenus Car-
tastania erat, includam serio putem.

CELTIBERORVM MORES:

Gloria bello parata.

CAPVT. VIII.

IAM DE MORIBVS INSTITVTISQ. CELTIBERORVM NON-
nulla indicanda plius, quam dicenda. [CELTIBERI, et eorum vi-
cini in Poream habitantes cuiusdam DEO, cuius nomen non existat,
votanda luna tempore nocturno ante fores, per omnes domos per-
noctant salus agitantur.] Hec Strabo. Sed et illud ridiculum et ex-
redi simplicitate profertur, quod Strabo idem de nonnullis His-
panorum prodidit, nos de CELTIBERIS accipimus. Foeminae vi-
factum enixas, vivis earum vice decumbentibus ministerium exhibe-
re solitas: quod et Tibarenis, et Phraicibus, et Scythijs, imo et
Parsilijs fuisse commune, antea mentarum alij.

Sed

Sed in potissimum Genti simplicitas fuit a calliditate vestigiaque
 abhorrenti maxime: quae tamen ei cladi exitioque saepius fuit. Nam
 simplex ingenium minimeque callidum, acut fallere doctum, infraudè
 impellere magni non est operis. Licium lege [Cum iam opera ad
 moueret veniunt Legati ex oppido: (Centima) quorum sermo antiqua
 simplicitati fuit, non dissimulantium bellaturos se, si vires essent. Perie-
 runt enim vestri in castra CELTIBERORVM ire liceret, ad auxilia
 accipiendas; tunc si non imperassent, separatim ab illi seconsulturos
 Permittente Graccho ierunt: et post paucis diebus alioi decem legatos
 secum adduxerunt. Meridianum tempus erat: nihil prius petierunt
 a Praetore, quam vestri trahere cuberes dari. Ipsi primis poculis, ite-
 rum poposcerunt, magno risu circumstantium, in tam rudibus, et
 moris omnis ignavis ingenijs] Sed et prudentiam sine furo, sine
 dolo Vestigiaque Atentam saepius, ex una re conijces. [Sim maxi-
 mus natus ex q̄: Missi inquit sumus a Gente nostras, qui scisci
 faceremur, quae tandem re fractus arma nobis inferres? Ad hanc per-
 currationem Gracchus, exercitu se egregio fidem venisse respondit:
 quem si ipsi visere velint, quo certiora ad suos referant, potestati
 la eis facturum esse: Tribuni quoque militum imperat, ut ornationem
 nec copias peditem equitumque, et decurrere iubent armatas. Ad
 hoc spectaculo Legati missi deterruerunt subit ab auxilio circa
 sepe vestri ferendo.] Mira haec tum bonitas CELTIBERORVM
 quam utinam in nobis intem retinuissemus. Sed maiores nostri ferocia
 Sygnes, simplicitate columbas expressere, serpentes prudentia. Nos im-
 mutato genio ignaviam vecondiamque vulpe nostrae simulamus, parum viribus,
 calliditate valentes plurimum. Columbas intem eximus: serpentem con-
 servamus tantum ut spargamus toxica, postquam prudentiam vestigia et
 fraude mutavimus.

IIDEM in CELTIBERIS requirit? admirandam dabo, et reserui an
 illi parem, quae in inculta illa barbaria, etiam in Graecia natos me-
 dia, etiam Romano educati more longo intervallo superarunt. Non
 ego hic Numantinorum in Segidenes, non Saguntinorum in Roma-
 no ad extremam usque fortunam, et infelicia fata fidem dicam. Diti v-
 trique sunt mihi citra fucum verborumque licentiam, et habuit calamus
 qui exercere se posset. CELTIBER Thurruus nobiliti Regulus [longe
 que potentissimus omnium Hispanorum, audita suorum cladi, mis-
 sis

sis qui fidem venienti in castris ad Gracchum poterent, venit: et primū
 quesivit, ab eo ne liceret sibi, et suis vivere? cum Praetor viciniam res
 pondisset; quae sicut iterum, sicum Romanis militare liceret? ad quae
 Graccho permittente, sequar, inquit, vos aduersus veteres socios me-
 os. Sequentes est inde Romanos, fortisque ac fideli opera multis lo-
 cis rem Romanam adiuit. At quantus ille erat animo et men-
 te, qui etiam ad extrema redactus, noluit tamen ante conuicium neces-
 sitati dare, Romanoque seruire, quam sibi non impunitus solum su-
 isque, sed et militia Romana honor dignitasque daretur? Atque ille,
 qui non alia lege manus dedit, quam si permittere uer arma tanquam
 Roma, non in CELTIBERIA nato, [forti deinde ac fideli opera multo
 cis rem Romanam adiuit] Prudenter socii quibus auxilio epe-
 iam desperati rebus non posse, deseruit, non tamen prius quam Impe-
 ratore Graccho stipendia tanquam unus Romanae stirpe facturas
 esset: in altero prudentia laudem, in altero fidei quarens.

Quid iam queras? Fortitudinem, inquit, rei que gloriam belli-
 ce. An hoc ad fortitudinem faciant, equus cerpes: ego rem data ver-
 bis non multis. Romana aries disturbata saepe ab CELTIBERIS,
 bellumque ad multos annos proculum, reparatumque saepe cum Ro-
 ma formidine: ut saepius vultu CELTIBERI saepius in aie starent inte-
 gri; cassi ad internecionem, creuerent; quasi de clade integriorer, de
 damno paratiorer, de vulnere robustiorer exurgerent. Hydram dixerat,
 repellentibus foetura geminata ad laborem famamque Hercu-
 lis capitibus. Intheum existimaret, de contractu cognata telluris no-
 uo redanimatum spiritu arma resumere: et nisi Alcides arte vir-
 tutem toties de ruina surgentem superasset, suspensumque malecom-
 presum lacertis spiritum expulisset, viceret utique, monstrorumque
 Domitorem delafaret. [CELTIBERI vbi ordinata acie, et signis col-
 lati se non esse pavos legionibus senserunt, cuneo impressionem fe-
 cerunt, quo tantum valent genere pugnae, ut quacumque parte per-
 culare impetu suo, sustineri nequeant. Tunc quoque turbata legio
 oes sunt, prope interrupta acies.] Et nisi manure Placcus subuenisset
 atque rem, in extrema poene linea consistentem, restituisset: alium de
 Romanis edie fuisset: at quanta CELTIBERORVM gloria?

Pertinacius qui praelio intulerint, reperias nullor. [CELTIBE-
 RI parumper incertis animis fluctuati sunt: ceterum postea qua-

receptus nullus passus erat, nec usquam nisi in certamine per portina
 eius de integro capebantur pugnam. Acie mediâ urgebantur aviter a
 quinta Legione: aduersus laeuum cornu, in quo sui generis provin-
 cialia auxilia intruxisse Romanos cernebant, cum maiore fiducia
 intulerunt signa: iamque prope erat ut sinistrum cornu pelleretur
 Romanis, nisi septima Legio successisset.]

NEQUE exigua CELTIBERAE gentis gloria fuit, primam ex
 nationibus exterisque fuisse Gentibus, quae sub Romani signis mercede mer-
 cede et stipendio conducta. Nam [CELTIBERVM iuuentutem, eadem
 mercede, qua pacta cum Carthaginiensibus erat, Imperatores Roma-
 ni ad se perduxerunt: et nobilissimos Hispanos supra CCC. inde in Ita-
 liam ad sollicitandos populares, qui inter auxilia Hannibalis erant mi-
 serunt. Id modo eius anni ad memoriam in Hispania insigne fuit, quod
 mercenarium militem in castris neminem ante, quam tunc CELTIBEROS Ro-
 mani habuerunt.] Ex licis haec. Non itaque satis habuit inuidia gentis Ro-
 ma suspexisse virtutem, imo et timuisse etiam, nisi et emeret. Nequam si-
 bi Poeno par virtute visus, quoad CELTIBERAM iuuentutem pretio pro-
 ceque conduxisset, illa scilicet cui Orbis imperium per paucorum socie-
 tatem, et arma amica decretum erat. Sed Scipionem etiam inde CEL-
 TIBERORVM armis, nulla Romana militari providentia magistra
 Poenos saepe saepius expugnantem. Ut virtutem solum CELTIBERICAM
 ad Punicas fraudes eludendas satis esse potuisse affirmas, sine adiutrice
 Romana ope, quas nunquam tamen Romanus effugisset sine milite
 CELTIBERO. [CELTIBERI Principes, qui Regionis suae legatos,
 obsidesque dederant Romanis, nuntio misso a Scipione exciti arma ca-
 piunt Provinciamque Carthaginiensium Valido exercitu inuadunt: tria
 oppida vi expugnant: Inde cum ipso Adrubale rursus praesidiis egregie
 pugnantes XV. M. hostium occiderunt: IV. M. cum multis militari-
 bus signis capiunt.] Gloria ea tota CELTIBERORVM fuit: commo-
 dum Romano cepit.

SED frequentissima cum esset Natio et in Martem pronas, in a-
 cie prompta, in periculis impauda, saepius tamen a Romanis fracti
 fusisque, tandemque debellati factores: et quod mirere, tales cum essent,
 parua saepe Romanorum manus ingentes eorum acies validisque
 exercitus profligati. Causam inquirens? habe ex Floro. [Sed tota cer-
 tamini moles cum Lusitanis fuit, et Numantinis: quippe solis
 genti

tium Duxes contingere. Fuisset et cum omnibus CELTIBERIS nisi
 Dux illius motus initio belli oppressus esset, summa virilitate et au-
 dacia: Si successisset Saldandus, qui hastam argenteam quatuor
 velut celo missam, vaticinanti similis omnium in se mentes conuer-
 rat. Sed cum pari temeritate sub nocte castra Consulis adisset, iux-
 ta tentorium ipsum pilo vigilis exceptus est. Non militi etiam pugna-
 ti egregie, sed Duci optime et prudenter rem bellicam administranti glo-
 ria debeatur victoria. Romanorum ad Cannas [Duo maximi exerci-
 tus cæsi ad hostium satietatem, donec Hannibal diceret militi se spar-
 ce ferro.] At si causam clades inquiras, nullam inuenies aliam, quã
 Consulis culpam, temeritatemque poene fatalem, et obduratam imperi-
 ciem. Nam a milite quid aliquid expectares, cui perceres, quam vitam
 in prælio inter ferrum et puluerem effusam? Fabius vere Maximus
 Poenium sine pugna vicit; et [qui virtute frangi non poterat, mora
 comminutus est.] Num tu Ducem cum Duce, militem compare cum
 milite: nisi statim exclames Ducem vincere, triumphare imperato-
 rem; pugnare militem. Itaque non virtute CELTIBERI, sed arte,
 non ferro, sed fato viliti succubere tandem cui pares esse non pos-
 sumus. Et cui Populo Orbis totus aut parebat, aut breui pariturus
 erat, etiam CELTIBERIA, etiam Hispanias cepit: sed cum dis-
 crimine præcuntes tanquam in triumphali pompa provincias om-
 nes subsequuta prærema. Accedit et alia causa: male firma in-
 ter Hispanos ipsos, maxime CELTIBEROT societas. Nam quæ commu-
 niter de Hispani Strabo, et mihi maxime de CELTIBERIS videntur
 accipiendas. [Si enim sese mutuo tutari voluissent, neque Carthaginien-
 sibus, neque prius Syris, plurimam eorum regionem per impoten-
 tiam incurstantibus maiorem destruendi fuisset occasio.] At præ-
 claris nati imperatores quantum armis, quantum virtute valerent,
 Clades sapienter Romanis illata Sextorioduces testantur. V. Patrocu-
 li hæc sunt. [Patrum ætate in tantum Sextorium armis exulit; ut
 per quinquennium dubitari non potuerit, Hispani, Romanisne in
 Armis plus esset Roboris, et vter populus alteri pariturus esset.] Nec
 [alibi magis apparuit Hispani [CELTIBERI] militis vigor, quam
 Romano Duce,] Florus ait. Sed Martius hoc fuisse bellacæque quis
 miretur? cum corpora ad laborem inædiãque omni patientia du-
 rarent; animos virtute vera in mortem affirmantes, ignobilem occi-

ofamque detestantur. [Nefas enim esse dicebant (Valerij Max. Verba)
proelio superesse, cum is occidisset, procius salute spiritum deosque
raret.] Verissime ille nos supra verum quidpiam.

Hic pugna cecidisse deus, corpusque cremari
Fale nefas; calo credunt superique referri,
Impatus carpat si membra iacentia vultur.

Iure ergo Catoni Censorio in Laude fuit gloriaque non vulgari [CEL
TIBEROT. DET. ROBUR HISPANIAE, aliquot proelis fregisse.] Tri
umphare de CELTIBERIS duo alij T. Didius ~~Junior~~, et Ap. Claudi
us Centho: ille iusto triumpho, hic suatione. Fragmenta Capitoli
narum tabularum.

T. DIDIVS. T. F. SEX. N. II. PRO. COS. EX. HISPANIA. A. DCLX.
DE. CELTIBEREIS. III. IDVS. LVN.

LAP. CLAVDIVS. C. F. AP. N. CENTHO. PRO. COS. A. [DLXXIX.]
OVANO. EX. CELTIBERIA.

qua lineolis clausa sunt Onuphrius supplicuit. Libuit, et lapidem
addere, in quo cuiusdam Ateia CELTIBERAE est mentio; nec fa
cite plures reperias, in quibus nomen gentis nobilissima vivat.

T. OVINIO. T. F. EQVITI
RO. TR. MIL. SVB. M. CA
TONE. PROC. QVI. MVLTA
PRO. RETIN. IN. FIDE. RO.
PROVIN. FORTITER. ET
CONSTAN. GESS. I. ATEIA
L. AT. F. CELTIB. MARITO
B. M. F.

Vide lapidem apud Gru
terum inter spurias
p. 4. 8. 9.

Cippum hunc tamen Gruterus inter spuria et conficta monumen
ta, reiecit: de quare non disputamus.†

CAESARAVGVSTANVS CONVEN
tus irridicus: quas gentes conti
neret. Lux lapidibus et
ab illis.

CAPVT IX.

IN IVRI

MAGNVS IVRE AVGVSTVS, ADMIRANDVQVE PRIN-
 cept, et cui Hispania multum debebat. Cui certe nisi Fortuna Imperium, do-
 minationemque civitatum Gentium paullo secundior parceret; quassius
 set, inuenissetque Virtus: dignus qui ad Imperium quereverat si istam re-
 pugnavet, statumque vtro respiceret. Magnus bello, magnus et pax: du-
 bium vtro maior: nisi Maximum in utroque dicere maui. Romulum
 Imperij Rom. Saprem Pacemque armis et ferro prima regni icuisse
 semina scimus. Numam pacem fuisse tanquam requisissime ducum fo-
 tum, et quasi nam subtilis etiam scimus. Alter bello, pax alter in
 comparabilis: Saede uterque dignus maxima: maiore fieri digni, si
 quod alter bello potuit, pax alter, uterque potuisset: si ex duobus unus
 foret principibus; aut si qua prope singularia in alterum fuere, vni ei
 demque ornando contigissent. Ea gloria Augustus decorabatur vni, ut
 cum Romulus esset in aere et palaturo, Numma etiam in Urbe et umbra
 diceretur. Ut ad cuius fecerit Gentes omnes quasi caeca quaedam ne-
 cessitate cogebantur, in eodem miles Ducem in bellis, Civis Regem in
 munia pacis inueniret.

FRACTAM concusamque bellorum motibus, et quasi horrido que-
 dam turbine per duo secula saecula conquassatam TARRACONENSEM
 Augustus tandem regia sollicitudine, arte pene paterna recreavit. In
 tamque in Conuentus septem distributam posteaquam Cantabrico con-
 fecto bello Gentem indomitam impatientemque iugi deduxit in plana, pau-
 latim facunda telluris blanditiis iracundiam ingenium cum patria muta-
 turam, legibus et iure firmavit, sine quibus pax futura esse non po-
 test. Haec ex Plinio oculata teste sic habet. [Nunc vniuersa Provin-
 cia] Citerior [dicitur in Conuentus septem: Carthaginensem, Tar-
 raconensem, CAESARAUGUSTANVM, Lunensem, Asturum, Lucensem,
 Braccarum.] Seruant pleraque haec oppida antiqua nomina, sicut
 que, aliquantum immutata tamen. Et Carthagine, Cartagenam se-
 cimus: Tarraconem Tarragonam appellamus. Nota sunt utraque de
 vrbis, in Murcienfi Regno altera non procul Vrbe Murcia, qua-
 que nomina dicta antiquis fuerit dubium inter doctos: Altera sita
 cis Iberum flumen; sed a militum dignitate mirum quam abijt, quon-
 quam Archiepiscopali nunc sedes est. Clunia Corona nunc est,

conuenerunt a conuenient
 dicti; quod in illis verbis
 in quibus conuenient, po-
 teli conuenient de iura
 suo decepturi, et praesi-
 dantibus libere finem in
 posituri. Itaque non alibi
 praesidet in dicitur. Hic, si
 iudicia nequea peragere
 sine capitalia iudicia. Sicut
 habere Abscessus, nec un-
 sed cento numero plures, et
 hic Concilium cogitatum,
 ex cuius sunt praesertim
 Iustinianum. Vtrumque col-
 ges in Cap. XXIV. Act. VI.
 appellanti Paulo Casarem
 [Fecit cum concilio locutus
 respondit: Casarem appella-
 it ad Casarem ibi.
 De his etiam Conuenient
 et locum inquit Act. XI
 ceteris. Quod in Damiani
 legi cum casum artifices
 habuit aduersus aliquem co-
 lam Conuenient foras ag-
 tur, et perconfusus sunt, a
 casum incivem. Vide Cic-
 lib. III. Epist. 6, et 8. In
 phum Amyg. lib. XIV. c.
 Baron. tom. I. Annal.

B. B. C. O. C. D. Z

quanguam prope eam antiquae urbis visuntur vestigia Moreli teste
 Altorica Alorica est, Lucus Lugo: nomine utraque scilicet immuta-
 to. Longius abijt Braga a vetusta appellatione Brachara, ut CA-
 RAGOCA a CAESARAVGVSTA, de qua festius disputandum erit: na-
 de alij inquirunt alij, aut alias fortasse nos. Plinius iterum audi-
 endus. [Caesaraugusta Colonia immunita, amne Ibero affusa, ubi
 oppidum ante vocabatur Salduba, regionis Sedetanicae (Nos Edetania
 legendum, et irrepsisse mendum ex polynoma littera proximi vocabuli,
 morem alicubi.)] recipit populos L. II. Ex his Ciccium Romano-
 rum Bellicanos, Celsenses ex Colonia: Calaguritanos qui Nassiico
 gnominantur, Ilerdenses Sardanum gentis, iuxta quos Sicoris flu-
 vius: Osonses regionis Vesitanae, Turispaenses. Latinorum ve-
 rum Cascantenses, Ergauicenses, Graechurritanos, Leonicenses, Offi-
 cordenses. Foederati Tarragenses. Stipendiarios Arcobricenses, Ando-
 logenses, Arocalitanos, Bursaconenses, Calaguritanos, qui Fribulaven-
 ses cognominantur, Complutenses, Cavenses, Cincenses, Cortonenses, Da-
 manitanos, Larrenses, Nervisenses, Ispalenses, Humberitanos, La-
 cetanos, Vitisenses, Pompelonenses, Segiensis.] et haecenus quidem Pli-
 nius: cui ^{gratias} ~~gratias~~, quando ita perspicaciter Conuentum nostrum
 prosecutus est, nihil ut desiderari posset perspicuum magis. Cum tamen
 in Conuentibus alijs persequendis describendisq; paruerit. Quamquā
 cum ipse Populus duos et quinquaginta CAESARAVGVST. Conuen-
 tum recepisse prodiderit, mirum tantummodo duos et triginta com-
 memorasse, ceteris pretermisissis. An quia indigni sunt visi quorum
 series texeretur? Et inter eos de nonnullis silentium, qui famam
 vitamque merebantur. Exemplo sit Pilsitani, quam fuisse nostra
 prudens nullus negauerit. Sed et Nos addepossemus alias gentes
 quibus numerus L. II. constaret. Sed diuini esse non sicut.

DE CAESARAVGVST. CONVENV in scripturis, recensio-
 ribus praesertim, multa mentio, quibus omnibus Plinius ~~laus~~ fa-
 cem prebuit, diligens meca re scriptor. At in lapidibus mirum de con-
 uentu silentium, obliuio miras. Illud saepe mirari soleo cum Colonia
 nostra eo maxime tempore deducam conslet, quo Romanus Orbis cu-
 riosius utique gentium, et elegantius ornabatur lapidum praecipue
 monumentis, in Urbe tamen nostra aut nulla aut exigua certe sit
 ferarum veterum testimonia superesse: cum alioqui multa visantur
 adhuc

adhuc quae non ab alio saeculo sunt, quam a Romano, de quibus alibi dicimus. Inquirentibus vero eius rei causas nihil occurrebat quod omnino securus redderet. Sed haec dolere possumus; nam culpae vix aedemus Colonos primos, ut qui, cum magnificentissimos fuisse sciamus, in publicis operibus inscriptionum marmorea monumenta aut omnino negligenter, aut etiam despicerent. Sed haec emendare non possumus, si maxime velimus etiam.

Vna Tarracone communis Urbium Ciceronis Hispaniae Paenon Monumenta seruat nonnulla, quae miramur in nostrorum hominum notitia non venisse, cum maxime essent exediti; (Quaerunt eorum unum Ant. August. C. V. non omnino latuisse existimamus, ut mox dicemus.) Nec ab illis iniquorum venere manus prodignitate trahata aut etiam intellecta (nam liber libere) Alij CAESARAVGVSTANA esse negarunt; alij CASARAVGVSTANA quidem esse, sed Caesaravgvsta alterius aenostia. Qua in re mirum quam a vero recesserint, ut mirari non sibi possim eorum esitantiam, cum et viri essent nec eruditione vulgari, et de ea re ex instituto disputarent. Sed exteri erant. At rei ipsa tam est aperta, ut vel caecis cerni possit; tam perspicua, ut ne pueris sit opus diuinare. In eis ego non modo Urbis nostrae, sed et CONVENVTVS etiam, de quo hic sermo, mentionem nondubiam esse video; de quibus tamen libet in sequenti capite disquisitionem rei cere ordini distinctionique gratia.

CONVENTVS CAESARAVGVST. ex Lapidibus.

CAPVT X.

TARRACONE CVM ESSEMVS ANTE PAUCOS MENSES ANNO SUPERIORE CIO DCCXV. aderat Vna in ea Urbe V. C. Franciscus Moncata Osionius Comes, Designatus Aetnae Marchio, Vicecomes Cabrera et Bale, Magnus Aragoniae Senescallus, Lagunaque Baro, de quo mihi prius non sine grata quadam recordatione inuideret me homo, ut de illo, qui praeterquam Nos amicissime colit, auxiliari saepe

pe operas Nobis in hoc opus contulerit, ut est ex editione singulari, et rerum antiquarum in paucis amantissimus. Is ergo condixerat mihi diem solidum domi suae litteris et disquisitionibus exeditis designatum. Ad ij in tempus, et postquam multa de malis, ut fors se obulerant, auro rerum series dabat, disputauimus bonamque diei partem transegeramus. Habes, inquit, quo Spartham tuam a mare possis, cuius atheni mihi gratias deberi vobis non minimas. Ego subridens, Bellus, inquam, venditor huius es; qui antequam merces exponas, de precio constituas cum emptore; omniaque ex viuis huius sententia, nisi praecidium est, transigas. Age vero: taberna aperiantur, exponantur merces, quae huius demum, si visse placuerint, de precio constituantur; ne gratiarum solum debitor esse vobis; sed et precii, quantum illud sitcumque, persolutor. Tum ille: Quid, inquit, si lapidem tibi dederim bene veterem, in quo elegantissimis litteris et nomen CAESARAVGVSTAE tuae, et amplexissimi CONVENTI mentio sit? Ego vero: Scidis, inquam, an serio agis? Scis nihil mihi abis posse dari, qui nihil tale scias esse Sarracone, quam istam sus de qua altam ouularior Argae insperari, et non numerare solum, sed memoriter recitare possim, quod quid in ea priscorum sit monumentorum. At, huius, inquit, lapidem qui videre potueris, nuper a me exutum inuentumque in Parrui hortis? Sed quid te moror? Eamus videlicet ipse coram, quae vix apud te me narrante fidem merentur. Et cum dicto mane prehensum deducit in hortos magnifice potius extructos, quam vere magnos. Multa ibi laurus citraque, multa florum odorumque varietas pro felluris modo moreque. At quod me praecipue istum tenuit, vido duplex lapidum veterum dextra laevaue curriebat, in quibus antiqui facti notissima viuis monumenta visunturque, quae a plerisque apud scriptores nobiles videram: de quibus ut disputem, argumenti quod mihi propositum est, minime patitur. Harentem insingulis perlegendis auacat Comes comiter, et manu ducum sistat, et: Vide, inquit, huius cippum: lege, quid trepidas? non impono. Legi in haec verba grandioribus, sed elegantissimis litterarum ductibus.

GENIO

CONVENTI. ~~##~~

CAESARAVG.

Et vero

Et vero Cippus quadratus erat altus pedes circiter duos cum semisse. Latus duos non totos, talique facile ut appareret stas huius cuiuspiam fuisse basim, nam et marginibus elegantiore loca plura ornatus inerat, etate nonnihil exasperatusque; integer nimis, quod mirabar, litteris. Postquam legissem semel iterumque. Vides, inquit Comae, quales tibi ludos instituerim Aedili non ingratus? Immo gratissimus, inquam, mihi tu, et ludi tui; atque utinam simili me ludo luderes sapius, non existeret ~~abestis amantem~~ ^{Oceanus dormientem me} nec alieno spectante loco ^{moueret} ~~caput~~. Sed ego vnde lapidem eruit, nam et locum volo digito indices, narretque rem ipsam. Tum ille. Jordes, inquit, illas vides, terrarumque humalium in angulo illo? ne veram forte fortuna in illam partem, et curcisus intuitus, extare vides aliquantum saxum; perpurgari cūbeo; apparet scriptura, et vulturque lapis ille. (digito lapidem alium indicabat) Ille huius spe effodi tellurem impeto, monumentaque non pauca apparent parvis sepe facta, parvis integra: inter ea que integerrima visa sunt esse saevugustanus iste Cippus deestus est; quem vni servandum tibi feci, qui eo maxime indigeres ad CAESARAVSTAM quam moliris. Mihi ne servandum censuisti? inquam ego. Tū vero ille subiungit. Operabit ergo, addidi ego, Cippum hunc mihi servatum alio mitti, quo delinam ipse. Itaque CAESARAVSTAM mittendum censeo, et volo in Gymnasio Societatis nostrae Musae et Apollini, tanquam de naufragio tabulam, dedicandum. Et ille: Malus inquit es, captasti incautum capitique; sed nec poenitet. Ausus est, ut lufes facito, mittis, ac dedicato. Sed vnde sis ut meo huius nomine dedices. Conciliabis forte Musas dudum auresas mihi munere non ingrato: nam scio gratas solere esse, nec ingenio truci. At vero, subici ipse, scis me intra paucos dies CAESARAVSTAM cogitare, quo vacant amici, auocantque publica quaedam que mihi cura. Itaque de lapide mittendis ut cogitem nec recula nec tempus sinunt. tua esto cura sumptusque. Praecedam ipse excipiamque cum amicis venientem pompam. Tu vnde sis ne segni o pera speculationem fallas. Recepit ille infra quodquid petieram, praestititque nobili quadam insita Monachi generositate. Visiter nunc monumentum illud in Gymnasio nostris atriis, visumque addere inscriptionem, qua, et vnde aduclum fuisse monumentum, et quo tempore, sciret lector. Ea inscriptio talis est.

HOSPES. MONVMENTVM. QVOD. VIDES
 AETAS. PERDIDERAT. SERVAVIT. AETAS
 ERVTVMQ. TARRACONE. ANNO. CIJ. IJ. CXV.
 V. C. FRANC. MONCATA. OSSONIVS. COMES
 B. D. CAESARAVGVSTANIS. M. QVOS
 GASTONIVS. PATER. EX LEG. R. APVD. PONTI.
 PRO. REGE. LEGIB. ET. IMPER. GVBERNARAT
 CAESARAVGVSTAM. ADVEHENDVM
 HOCCE. LOCO. MVNIS. ET. AETERNITATI
 CONSECR. CVR. ANNO. CIJ. IJ. C. XVI.

DABIS veniam, lector, si in monumento, si molem, si verba, exigua, prolixiores aequo, Istis quoque fuimus. Rei novitas Lapidisque nobilitas excusat. Alterum habe, qualis hodieque Sarracone castris dicitur, auctoribus And. Schotto, et J. Grutero: quem tamen nos inigi non vidimus, licet sedulo inquisitum.

POSTVMIAE. NEPO
 CIANAE. SIVE. MAR
 CELLINAE. EX. CAE
 SARAVG. KARENSEI
 FLAMINICAE. V
 XORI. T. PORCI
 VERRINI. FLAM.

P. H. C.

Et primo illud annotarim, quanquam levis est. Molem virum nond indigentem in antiquitate, et MARCELLIANAE pro MARCELLI NAE, et PORTII pro PORCI habere. Et qui CAESARAVGVSTAM aliam somniet a nostra cognomen KARENSEM; qua sententia aut ex oscitantia in praeorum monumentis expendendis, aut certe ex nostrarum rerum ignorantia est. Nam ubi quae gentium CAESARAVGVSTA a nostra alia aut nata aut nominata? A quo geographorum prodita; in Hispania maxime? At sic fere humanum ingenium consuevit, cum facile se expedire rerum ambagibus, et emergentium difficultatum vinculis non possit in re aut Historica aut Geographica, nova condere oppida, momento sine caementis materiae; aut vetera geminare: quasi quod comico in Amphitruone licuit licet cuique: et ne ignorantiam aut ingenij tenuitatem

prodamus, audaciam malimus: quasi minus infie sceleris in audacia,
quam infamia in inficitio. Minus abiecit a vero Morali, dum affi-
mas Marcellinam Cesaravgustanam fuisse Patriam; sed Rarensem
famen Flaminicam: qui populi sunt Cesaravgustano Conuentui a
Plinio contributi, ut Cap. superiore monuimus. In eo quidem lauda-
mus ille, quod monumentum Urbis nostrae restitit: in eo improbandus
quod rem ipsam acriter habere malum existimavit. Accipe quae ipsi
Verissima esse censemus. [Potumia Nepotiana, sive Marcellina
Rarensis Patria ex Cesaravgustano Conuentu, Uxor Titii Portij Veri-
nini Flaminis Provinciae Hispaniae Citerioris, Flaminica Tarra-
conensis fuit pro sua aut patria aut Conuentu, Ubi etiam mortuo Cip-
rius a marito sive basis erecta est.]

Sed haec firmanda diligentius, et quae de Conuentu dicta sunt. Et
primum duo considerem, quae maxime velim animaduertere: alterum, illud
EX. CAESARAVG. non esse EX. CAESARAVGVSTA: sed EX. CAESAR
AVGVSTANO, et subaudiendum CONVENTIV. Alteram etiam si le-
gas EX. CAESARAVGVSTA, non esse ea coniungenda cum sequenti voce
RARENSE, quasi cognomen Urbis sit. Nam haec duo si semel adstru-
amus, neque alterius Urbis monumentum esse poterit, quam nostra;
et Cesaravgustano Conuentu in laetis mentio in lapide conseruati-
tur, adstrueturque. Et vero in vetusto monumento Tarraconensi ea extat
verba FVLVIO. APRATINO. EX. PROV. BAETICA. ALICENSI.
Ubi vides nomine ALICENSI, Fuluij Patriam designari; nisi vero veli-
Baeticam Alicensem cognomine dictam. Et haec item simillimas, nisi quid
porsipicia magis, ut dubitationem omnem adimant. Tarraconensi etiam
L. AEMILIO. L. F. PAVLLO. FLAM. P. H. C. EX. CONVENT. ~~BRACAR~~
CARTHAG. ATTAC. Et hic Amilius Attacensis fuit Patria ab Urbe
Attaca, (quam qui Atacam esse volueres mihi desipere videntur. Atta-
cum Conuentus Carthaginensis Urbis fuit: Ataca oppidum est prope
Bilbilim urbem.) Sed libet alia addere, in quibus omnis dubietas exi-
manur. C. ANNIO. L. F. QUIR. FLAVO. IVLIOBRIGENSI. EX.
GENTE. CANTABRORV. Item. C. CAERECIO. C. F. QUIR.
FUSCO. AQUIFL. EX. CONVENT. BRACAR. AVG. Extant ho-
die Tarraconensi. Vides in omnibus et Conuentum, et gentem, sive
patriam designari: cur aliter in nostro existimas. At a nostro lapide
abest vox CONVENTIV. ita est. Sed neque is modus scribendi infidelis
aut ra-

aut variis. Haec sunt monumenta expendo: nec nosse neci unde sint,
nam una Iarraeo abunde nobis haec argumenta suppeditat.

C. VIRRIO	M. VLPPIO	AVRELIAE
FRONTONI	C. F. QUIR.	MARCELLINAE
FLAMI.	REBVRRO. EX	EX. CLVNIENTIS.
EX. LVCENS.	BRACAR. AVG.	FLAMINICAE.
EX. DECRETO	OMNIB. H.	Cetera faedis lau
CONCILLII	IN RE. P. SVA. FVNC.	nij de prauata con
P. H. C.	FLAM. P. H. C.	sulto omnifimus.
	P. H. C.	

Vides sub illis Verbis EX LVCENS. EX BRACAR. AVG. EX CLVNI
ENS. Subsidiendum CONVENV. alioqui nullo sensu sententiam
elicias, quae eo tamen pacto perbelle constat. Ita profus existimandum
est in nostro Lapide: ut cum Legis EX. CAESAR. AVG. addas CONVEN
IV. At illud obiter monuerim cum de Patria siletur in his et simili
bus, non aliunde genus ducere, quorum censentur nomina, quam
Urbe ipsa iniqua Conuentus.

Idem aliud habet Marmor ex his quae hactenus dicta sunt, non
difficile explicari. Iarraeone exstabat recenti memoria: viditque Ant.
Augustinus incomparabili viri eruditione; agnitumque Patria tam in
lustre monumentum, in recenti tabula ex nigro marmore exscribendum
curavit, veteri quam similime. Eam nos tabulam vidimus ante
paucos menses cum in ea Urbe essemus, quam et exscripsimus.

M. CALP. M. F.

LVBO. FLAM. P. H. C.

EX. CONVEN

CAESAR. ERCAVIC.

OMNIB. HONORIB.

IN. REPUBLICA. SVA

FVNCTO. PRAEF.

COHOR. PRIMAE

BITVRICVM

P. H. C.

Porro secundum, tertium, et quartum versum sic legendum con
tenderim FLAMINI. PROVINCIAE. HISPANIAE. CITERIORIS
EX. CONVENTV. CAESAR. AVGVSTANO. ERCAVICENSI: ut ter

his sit, non sextus casus. Scio qui legendam putaret: EX CONVEN
 TV. CAESARAE. ERCAVICAE. Sed hominis incogitantia exigno
 ratione profecto antiquitatis conuenenda potius, quam repellenda est.
 Tu vide quam apte omnia quadrent, non violenter detorta, sed contra
 simplicissime explicata; quamvisque loci intulerimus caliginose hui
 rei, nec a quoquam ex nostris hactenus tentata. Nam Ercauica
 quis unquam Caesarem appellauit? Insuper quo tempore aut Princi
 pe Ercauicensis conuentus institutus? Gerra germanissima. Erca
 uica Municipium fuit CAESARAVG. conuentus, ex quo perspicua fit
 interpretatio nostra. Itaque ad lapidem ut redeamus Marco Calpurnio
 Marci filio Lupo, Flamini Provincia Hispania Citer. ex Conuentu
 Caesaraugustano, Patria Ercauicensi, omnibus honoribus in repub. sua
 dedit, Ercauica funbo, Praefecto Cohortis prima Bituricum Provincia
 Hispania Citerior cippum, sive basim cum statua erexit posuitque.

CAESARAVGVSII. CONVEN

tus quam late patuerit: eius
 collatio cum Aragoniae
 Regno —

CAPVT XI.

DE CITERIORIS HISPANIAE IVRIDICIS. CONVENTIBVS
 Vnus Carthaginensis amplior, vnus nobilior Tarraconensis CAESARAV
 GVSIIANO fuit. Hanc modo libet et cum ceteris conferre, et cum Arago
 niae Regno, quo perspicuum fiat qua ceteros vicerit amplitudine, et qua
 habeat ad hodiernum rationem. Tarraconi, Vrbs nempe totius Citerio
 ris Hispania Principi ac Reginae ad Conuentum scripti populi, quatuor
 et quadraginta: Carthaginensi duo supra sexaginta: nam Conuentus
 ceterorum aliter Plinius meminit, neque numerum colligit ordinemue
 populorum, ut pote quominus haberentur insignes. Sed nostrum tamen
 Conuentum inter Tarraconensem et Carthaginensem magnitudine no
 scit ~~est~~ Augustus et dignitate consilere: ut alterum re altera vin
 ceret, magnitudine illum, hunc dignitate. CAESARAVGVSIIAE popu
 li disceptabant duo et quinquaginta, qua re Tarraconensem vince
 bat

simili lapide quem laevi
 lacunae laevatum non sup
 plicimus ita haberi:

PORTIAE. LVCIL. F.
 MATERNAE. EX. CAESARAVG
 OSICERDENSI. FLAM.
 P. H. C. ET. POITEA
 SACERDOTI CAESARVM
 TARRAC. PERPETVAE
 L. NUMISTIVS
 MONTANVS
 VXORI.

Et Portia haec ex eade
 regula Osicerdensi iam
 qua ciuitas caesaraug
 conuentus conuictus
 fuit, Flaminica primus
 fuit Provincia Hispan.
 Citerioris, deinde sac
 da laesarum perperam
 in vrbe Tarraconensi
 L. Numistius Montanus
 via cippum seu basim
 cum statua dedicauit.
 Habet vgo et hic men
 tionem conuentus Ca
 saraugustani. Videis
 pra qua de hoc lapid.
 dicimus in Osicerde
 libus cap. XIII.

bat: sed quibus clauderetur terminus iam videndum est.

Ad septentriones extremi populi, quibus ab Urbe nostra petebantur iura. Pompaelonenfes sunt, Hurijenfesque, et hi ad Radices ipsos Hyrenaci constituti; nisi vero Ptolemei tabula desipiant, post Mercatoris cautiones. Vides enim Hurijam, aqua Hurijenfes, supra Pompaelonem sitam, sub latitudine ut vocant graduum seu partium XLIV. ferme. Sed pergo tamen. Ad meridiem Osicerdenfes extremi, ad radices montis, qui ut supra in Saguntinis monuimus ex optimo scriptore Celsioros a caeteris Hispanorum discriminat. Hi ad ~~sup~~ meridiem sitifunt sub latitud. grad. viz XL. Nunc viderint qui Osiceram Osicerdam contendunt quamea que affirmant vero sine similita, de quibus nos inferius. Itaque Conuentum nostrum a septentrionibus meridiem versus supra CCLX. P.M. comprehendit, ex his que sunt dicta fit perspicue. Superest ut duo alia latera metiamur. Ad Orientem Idem longissime recedunt Egrenea iuga, que extrema Conuentus. Ad occidentem Complutum. At si spacium interiectum metiare officies M.P. CCCC. ferme: totidemque Conuentus caesaraugustanus comprehendebat. Vides amplitudinem? Dignitatem vides. Plerique Urbe Caesaraugustano Conuentui contributa nobiles erant et insubari: Ilerda Pompeiani ac Cesariani castri; illius clade, huius victoria: Orca Sertoriana fide, cognomine victici, Gymnasia vultipino: Calagurris Augusto conditore, Quintilianis ortu: Iunias Bilbilisque ferri gloria, haec etiam Martiali suo: Tacca Indibili et Mandanio eorumque armorum gloria: alia rebus alij. Itaque dignitate Carthaginienfi maior erat Conuentus noster, ut magnitudine minor.

IAM cum Aragonia Regno quantum quantum nunc patet, Conuentum conferre lubet. Ac primum huic Carpetaniam versus Complutum fines statuenda: Aragonia paululum supra Naviam sunt limites. maior itaque conuentus quo ad ~~meridiem~~ ^{occidentem Idem} Complutenfes magis accedunt. Rursus qua Nauarram Aragonia spectat Tudelam Urbem non pertinet. (Hac quo nomine Romanorum eius dicta fuerit incertum mihi, nisi vero infra eam etatem nata. Scio a Tubelo conditam appellatamque Tubelam prius, post mutata litterula Tudelam factam, qui scribant: homines nec magna auctoritate, nec rara eruditione, et alioqui emuncta parum naris. Apud Martialem Tudela cuiusdam exstat mentio, qua qui eandem esse cum Tudela veit, nec reflectere velim ipse si etiam potissim. Nomen certe parum putum Romanum est, si litteralam commu-

tes in aliam affinem.] cum tamen et Iampalonem, et Iurijam et Calagurim vbes ab Iudolo non parum distitas Conuentus includeret. Fortio, Aragonia qua Valentiam lambit Almansa oppidum sex infra Iurulam urbem nostratibus leuis claudit: Conuentus Osicordenses attingebat, qui nisi Tabula Ptolomei fallunt non procul oppido Xerica in Valentiniis constituendi sunt. Iam vero Aragoniae limes qua Castellania contermina est Praga (Antiquis Gallica Flauia) proximus citam nem Cingam vrbem: cum Conuentus tamen Herdam contineret. Pyrenaea iuga et Conuentus et Regno fuisse fines a natura potius quam ab hominibus constituti. Vides Conuentum maiorem excessu non contemnenda, qui nempe praeter eam que hodie Aragonia proprie est, Nauarra, Castellae, Valentiae, et Castellania partes non modicas comprehendere.

At dicas intanto terrarum spacio mirum prope modum videretur duo supra quinquaginta oppida solum contenta, quos Plinius Conuentui tribuit: cum tamen hodie Aragonia Regnum supra C. I. I. C. habitata oppida numeret. Ita est: sed Plinius non oppidorum numerum, sed Populorum aut Gentium appellationes recenset. Porro Gentium vocabuli non oppida comprehendit sed pro numero Populorum, sed longe plura existimanda sunt ad eas pertinuisse Gentes. Ut si nunc quis dicat Bilbilitanos ab Caesaraugusta vrbis iura perere, Bilbilitanorum vocabulo, non nans solum Bilbiliti, sed et circumiecta omnia oppida pagisque intelligat necesse est cum vrbis aut legibus ac iure, aut alia societate coniunctis. Sed libuit seorsim et Conuentus tabulam a nobis primum delineatam quanta fieri potuit diligentia: et Regni Aragoniae, qualem edidit N. C. Ioannes Baptista Lauania Regius Cosmographus amicus noster, hoc ipso anno, sed a nobis in formam breuiorem cum cura ~~ex~~ redactam, exhibere.

Inserenda huius duplex tabula Geographica.

CELTENSES, BELLITANI, CAS
cantenses, Ercanicenses.

CAPVT XII.

CELSA NOBILIS ROMANORVM COLONIA, A QVA CELTENSES
Populi Conuentui Caesaravgustano a Plinio contribuit. Ptolomaeus in Her
getibus CELSAM ponit Latit. partium XLII. particularum XLV. Longit.
vero Part. XVI. Cui aut manifestus error est Ptolomaei, aut CELSA
illa alia dicenda est, quod nemo mihi persuaserit: cum Strabo CELSAM
ad Iberum amnem constituat, ut mox dicari sumus. Itaque lapsus
Ptolomaeum ut credamus res ipsa cogit. Conditam ab Augusto deducam
que, quo tempore et CAESARAVGVSTA deducta est, Goltzius ait dili
gens scriptor in Augusto: et cognomen ILLIA persuadet. Deducam
ex militibus veteranis, quibus assignati agri laborum et emerita mili
tia praemia, iniectioneque tanquam fraxum Celtiberis, non a ceteris in offi
cio continendis, perpetuoque res novas cogitantibus. At cur VICTRICEM
Augustus voluerit cognomen esse non statimur. Illud vero videtur
similius: deducam Legionem integram e veteranis cognomen eodem, quo
et noua vbi invidere Principe permittere, conseruandam patris fa
mam, nobilitatemque a maioribus bello VICTORISQUE partam. Habet
Supra Cap. IV. in Callaici Q. PETRONIVM. MODESTVM TRIB. MI
LIT. COH. V. VICTRICTS.

ILLVSTRIS CELSA nobili lapideo Ponte si Straboni fides. [Ad Ibe
rum Vitis et AVGVSTACAESAREA vocitata et Colonia quadam CELSA Ibe
beris pontis lapidei transitibus] Vides hinc manifeste erroris argui Pto
maeum, qui tam longe ab amne Ibero CELSAM suam constituat. ~~Non~~
~~Augustianorum~~ Amb. Morales, ^{aliqui} viri antiquitatis peritissimi, ac diligentissimi
eam esse affirmant, quam hodie XELSAM dicimus C. vel S, in X, affi
ni littera commutata, quod vitium Mauri familiare, quo etiam in mul
tis Hispanis aut Latinis vocibus error mansit. Nam C, et S, litterae eo
sono Mauri efferunt, quo ab Hispanis nostrandis X, in Dico: et ab I
talis SC, in Scientia, degeneresono vocis, et poese barbaro. Sic ex Sa
tibi fecere Xatiam, ex Salone Xalon. Nomen itaque CELSA in

tinet, Oppidum infra Casaraugulam M. P. XXVIII. ad annum 166
rum constitutum, mira amplitate solumque temperie, partim ab fluvio
nobilissimo, cui impeditum; partim ab agro feracissimo, et cultore patiens



tinet, Oppidum infra Casaraugulam M. P. XXVIII. ad annum 162
rum Constitutum, mira amplexitate Istique temperie, partim ab sterco
nobilitate, cui impostum; partim ab agro feracissimo, et cultura pacien
tissimo. Nunc hereditario iure ab nobilissima et clarissima VILLAL
PANDEORVM familia possidetur.

CELSENSES dictos etiam CELSITANOS inuenio in veteri monu
mento: quem tamen ex Moralijs sic laudo.

VENEREM. AVG. CVM. PARERGO. ITEM
PHIALAM. ARGENTEAM. AEMILIA. RVSTI
CI. F. ITEM. TABVLAM. ARGEN. M. ANNIVS
*CELSITAN. TEST. SVO. POST. MORTEM. AE
MILLIAE. ARTEMISIAE. VXORIS. ET. HERE
DIS. SVAE. PONI. IVS. AEMILIA. ARTEMIS.
SATYRA. POS. EADEMQ. DE. SVO. ANNVLVM
AVREDM. GEMMA. MELIORE.

NUMOS ad calcem adijcere placuit quibus et CELSA COLONIA VI
CTRIX IVLIA, et Daumvirum nomina nonnullorum videntur.



CELSAM habet in numis, cuiusque cognomina, et inter illius familias Frantonum et Videtur duas, Corneliorum, et Pauciorum; Corneliorum insuper duas cognomine non eodem: aliorumque, quos tunc in numis videre possis: nam nos a CELENTIBUS auocant.

BELLITANI, quos ignotam sibi gentem esse prorsus Ant. Augustinus testatur et ingenue. Civitate Rom. donato scribit Plinius, quod vel ad gentis dignitatem asserendam satis sit. Et profecto mirum videri cupida possit, Oppidum Plinij aus Ciciium Romanorum tam alti tenebris sepelatum, ut de eo ne coniecturis quidem disputare possimus. Propter nominis nonnullam similitudinem sunt qui eos ibi locandos censeant, ubi nunc Belchite. Nobis ex nuda nominis coniectura nihil videtur sperandum temere. Ptolomaeus in Edeanis Belliam constituit, quid si a Belia BELLITANI, aut BELLITANI facti? At litterulam aut addi aut detrahi potuisse facile quis non videt? Nam cum Plancus Belliam Boleam esse voluit, perspicue lapsus est, manifeste repugnante obtrivisquibus. Certe Bolea supra Orcam Urbem ad Septentriones sita est sub lat. partium XLII, part. IV. Cum tamen Belliam Ptolomaeus sub lat. partium XL, particular. XLV. Ultra Iberum amnem constituat. Vides longe esse diversas. Sed ut Belliam annittamus de qua coniecturam fecimus; BELLITANOS ipse ad Villam oppidum potius, quam alio reuoluerim, paula infra CELSAM ad sinistram Iberi oram. Tum quod in nomine similitudo quaedam est: tum praecipue quod vestigia eo loci cernantur multae antiquitatis, quibus celebre ibi oppidum exstisse Romanorum aequo non leui coniectura dicamur ut affirmemus. Nam quauquam VILLILLA nostratibus villam paruum notat, quo nomine non vnum oppidum in Aegyptia censetur, multi tamen indigenarum non VILLIAM, sed BELLILLAM appellant. Sed haec leuissima est coniectatio. Scio ibi alios non BELLITANOS sed Celsos collocare: Sed nobis tamen illa vera videntur similitudo.

AT ut hoc loco de Campano aere admirando neque prodigijs loquamur, ^{locus admodum ipse} quod hodieque extat in eo oppido, BELLITANOSQUE aliqui obsequer clari fecit etate nostra. Fama est multorum confirmata et verbis et auctoritate qua non Hispaniam solum, sed exorae etiam gentes peruagata est latissime. Sapius impellente nullo egitatum et sonum edisse mirantibus qui aderam cum istis prodigium, non sine horrore quodam animique motu. Sunt hodieque in vicis plurimi testes non auribus solum sed oculis, qui adhaere prodigiorum ante paucos annos circumfluente e Regno tota ingente mortalium omnis generis multitudine sacrum ac lugubris sono futura postenderet. Quam in rem

Vellintium Plinius mami
mi l. III. c. III. in Conuen
tu Cluniensi. Sed alij sunt.

Hieronymi Civitas verba ex Annalium Libro XIV. Cap. XXVII. Sed Latine
 tamen reddita subdidisse visum est. [Fama etiam vulgavit prae-
 fatus Aragonius V. navali praelio a Gonvensibus ad Ponciam insulam et
 vincitur, et caperetur) Notam quae in veteri templo Oppidi
 VILLILLA ad Iberi ripam, novem ab Urbe CaesarAugusta nostratibus Levis,
 constituit, hodieque servatur visiturque, impellente nullo passatam auditam
 que. Cuius vulgi persuasio est, nec unquam prodigium fieri quin magnum quid
 piam futurum portendat. Cuius res Oppidum celeberrimum reddidit, aliis qui cele-
 bre satis propter memoriam priscaevi in eo etenim vestigia CELSAE, quae Ro-
 manorum fuit colonia, in Ilergetibus, etiam nunc visentur. Cuius quidem
 siue persuasio siue opinatio tam alte mortalium animis omnium quodque
 in hoc Regno vivunt insedit, ut exteras etiam provincias pervagata rei admi-
 ratione gentes impleverit. Exstimatur vero Nota nemine mouente aut impel-
 lente pulsari non nisi in magnis rerum hominumque magnorum eventibus,
 in rebus potissimum Aragoniorum Regum aduersis, antequam contigerint. Cuius
 fama, ad nostram usque aetatem quasi tradita permanens perseverat usqueque.
 (contigere haec Anno MD. CCCC. XXXV.) Quibus annis proximo in ipso Na-
 ti servatoris pervigilio additam fuisse, nec multo post Reges dimisit exens
 praesque custodia commissis rebus, notant veteres Schedae illorum temporum.
 Ut non minus portendere tristia, quam laeta praedicere videatur. Tertio Anno
 eodem pro pridie Kalend. Novembris per hostiam semihoram audita narratur.
 Cuius res apud quosque quam moveatur fidem cordatum, quisque vidit.
 Deinde vero illud affirmem seruo, etiam si rem me coram transigi continge-
 ret, ut multi contigit fide dignissimis, praestigij me agi, vanaeque sono audes
 sedis putaturum meas. Quaequam in Schedis illis, unde haec sumta sunt,
 illud notatum est, cum quidpiam simile sit in crucis formam feri aeri pul-
 sum, sonumque longe esse diversum ab eo, quem Nota ab alio edita pul-
 sata.] Haec ex Servita fessius. In quo miram satis non possum hominis
 exstimationem contrahit tantotque oculato auribusque taliter, quibus nisi
 fides debeatur et multum cum sint et grauis, neque quod aliud in Historia testi-
 monium fidem indubitatum faciat. Addeam ipse qua narrauerunt mi-
 hi amici viri et grauis et prudentes. Anno audita et visa
 fuit infinitis prope modum mortalibus, neque enim iam per semihoram
 ut hactenus, sed per integros per intervalla pulsabatur: neque pul-
 sus in crucem, sed in orbem ibant quasi continuas sono; sambatent
 lingua quam vocant Aeri interioram marginem; dumque motu suo a
A

Haec lingua certum in locum perveniret quasi obice impedita quaedam le-
vius in altum elevatur, et sonum interrumpit brevissima morula, tum
iterius recurreret: et tamen si ad moveres manum diligenterque indaga-
re secretiorem interruptionis causam velles, nihil invenires omnino dicu-
sum a partibus alij aut asperum aut laevum. Eced tum Prodigiosa
te portenderetur ignorare mortales qui tum aderant eo sono exto-
lere Regno tanquam evocari saevitibus: Sed post
Mauricia facies tota Hispania pulsa sunt, et in Africam aliasque provin-
cias orbis relegatae.

LIBUIT stiter Lapsum Optimi Scriptoris annotare, ne aliena
secum auctoritate rapiat Savita. CELSIAM Hergetarum Ptolomeo Celeri-
am Villam esse contendit, cum tamen supra Lapsum Ptolomeum ex Stra-
bone monuerimus. Nec animadvertit, neque Hergetas Villam qua nunc
est attingere quaesivisse, neque Celsam ab Ptolomeo eo locari loco quomodo
insitum illud oppidum sed supra Oceanum ad Septentriones.

CASCANTIENSES. Et hi conventui CaesarAugustano olim
contributi, nunc Pompelonensi. Oppidum Navarre nobile non procul
Ardela urbe: nomen retinet: Eorum Municipium CASCANTVM dictum,
nunc flore modico CASCANTE est. Plinius Latino donant fuisse affirmat
interque Latinos veteres enumerat. Ptolomeus in Vasconibus BAZKON
ION ponit: pro quo KASKANTON reponendum, emendandumque Pto-
lomeum et ante nos diligentissimus Savita notavit, felici quidem, sed et fa-
cili coniectura; et situs etiam persuadet ut non alium credamus. Muni-
cipium fuisse prisca saeculi nomina declarant, quorum plura vidimus,
unum subicimus.



Sed et Lapidem habet, qualem ab alij accepimus Savraone exstare.

T. CAESAR. DIVI
AVG. F. AVGVSTVS
MVNICIP.
CASCANTVM.

Nobis

Nobis subletha fidei Monumentum est, suspicamurque ex numis quoque
desumptum. Neque enim ea scriptura Hilungae lapidum est, sed numeri
ut vides.

ERCAVICENSES. Sic perspicue in numis et lapidibus: e Terra
conensi monumento ea verba sunt:

M. CALP. M. F. LVPO

FLAM. P. H. C.

EX. CONVEN.

CAESAR. ERCAVIC.

Integrum habet Cap. X. huius lib. In Plinio igitur, Licio, et Pto-
lemaeo non ERCAVICENSES, sed ERCAVICENS. lege. Latinorum veteru-
iure donatos Plinius acceperit. At quae Latij haec res fuerit alibi dei
putamus, cum de Immunitate Coloniae Caesaravgulae. ^{autem} ~~At~~ quo loco
ERCAVICA collocanda anceps questio est. Ptolemaeus in Celtiberi ERCA-
VICAM ponit mediam fere inter Segovicam, et Complutum Valeriamque.
ERCAVIAM ab ea aliam in Vasconibus ad Iberi amnes ripam sinistram
Calagurri australiorem. Ex quibus vides reserati sari nonnullorum sen-
tentia qui priorem ALCANIZ oppidum Aragonia nobilitate; posteriorem
IGUALADAM in Catalonia ad Serratem montem affurgentem esse vo-
lent. in prioribus Aug. Augustinus ^{notavit nec immoedito;} esse ~~in~~; nam Villanovanum
aut Cesium non admodum moramur sapere in nomenclatura Hispa-
nicarum urbium somniantes, et ad eadem nominum similitudinem rapi-
dientes. At utra harum urbium Conuentui nostro contributa fuerit,
non magni adeo momenti disputatio est: Nos utramque putamus: cum
prior illa Celtiberica ~~est~~ orientalius Complus esset multo, quam Nubi
Caesaravgula contributam et superius diximus, et inferius firmabimus.
Posterior australior Calagurri fuit, et ad Iberum sita, idoque neu-
tram ab Conuentu nostro arcedam facile sibi quispiam persuaserit.
De Celtiberica ERCAVICA accipiendus Licius ab N. C. lib. XL. [ERCA-
VIA inde Nobilitate et potestate ciuitas, aliorum circa populorum cladibus
territa, portas aperuit Romanis.] Nobilitate ergo et potestate fuit, quae nunc
nec Nobilitate nec potestate est: ea sunt Urbium fata.

Antiquitus Episcopali sede illustis, quae ad Arabum expeditionem
in Hispanias duravit, Subscribentibus Ercauicensibus Episcopis in
Isolecanis concilij etiam extremis. Sed libuit hic Docti viri exopti-
me de Hispania meriti Amb. Morali Verba subdere, sed Latina ex

Hispa

Hispani factos, huius rei illustranda quam aptissima, quamquam ali-
cubi pressius circumspice, ne longitudo sedium lectori pariat fastidium.

Metropolitano Tolitano (Ercavicensis) parebat: ad Occidentem Ite-
Segobricensis illi confinis, ad Orientem Complutensis: atque hinc an-
gustissimi Ercavicensis Diocesis ab latere utroque contenta. Certe ut ex
Wamba Regis divisione colligimus, ad oppidum Obiam communis Ercav-
uicensis, Segobricensisque; ad Alcatanum dictum Complutensis Ercav-
uicensisque limites erant. Ut mihi facile persuadeam magnam Molinae
eiusque concensus partem ad Ercavicensem Episcopatum reverendam, et
qua excurrunt ad Concesos montes. Nam et Seguntina Diocesis Er-
cavicensem exipiebat ad septentriones, ne longius excurreret; Valerien-
sis ad meridiem. Haec vero cum certiora viderentur, superest ut non impro-
babili coniectura situm Ercavica quasi digito indicemus. Certe in eo tractu
ad Guadalam amnem M. P. LV. supra Prigum oppidum vestigia hodie
que extant magna cuiusdam, ut videtur urbis: Vbi etiam plura Nomina
ta reperiuntur effundunturque cuius Municipij: qua quamquam non fir-
ma coniectura est, vivat certe opinionem nostram aliquantum. Nomina
vidimus probatissimi metalli, arcum Gies, Tiborij Caesaris cum illi-
us nomine; auctora partes ea littera erant: MUNICIPIVM ERCAVI-
CENSE. Quamquam non nemini videri possit Ercavicam ibi fuisse,
vbi nunc vestigia, aequasi spolia magna vrbis videntur prope Pagum
Santaver ad eundem amnem, quamquam longe inferius. In Antoni-
ni Itinerario mira de Ercavica ~~reminis~~ oblitio: cum tamen ei vrbis
proxima quasi frequentissimis excursionibus saepe inambulet. Ex Nova
li haec degamta sunt, ne quamquam sua laude fraudasse videamur.

Vides Ercavicam etiam caeteris, quod mirum nemini videatur
Hispanorum sub Gothicis, Alanis, Mandalisque et Suevis primum; postea
sub Mauris perpendenti clades. Episcopatus Ercavicensis, et etiam Va-
leriensis spolijs Conchensis ditatus, ex ~~tabulis~~ ^{duobus} vrbis factus est; Sic ex
tabulis publicis erecta Conchensis Ecclesia perspicua colligimus. Mor-
lany numus talis est.



LEONICENSES, OSSICER

enses Graccurritani: Monu-
menta vetera.

CAPVT XIII.

LEONICAM VRBEM PTOLOMAEVS IN EDETANIS, IN-
quibus et Casaraugustam, constituit. Ab ea urbe Leoniceses Populi adli-
nis inter veteres Latinos Conuentus Casaraugustano contribuit. Sed ubi
nunc aut quales populi? Cymmeria tenebrae, atque ita horridae, nuda
ut luce, si etiam appareret alicunde, illudbari pellicia possunt. Incedit gen-
ti secundae fortuna, et qua merita dederat LEONICENSES, qui
bus in latium vocarentur inter Latinos veteres, famam memoriamque
negavit, neque extare voluit aliquando nisi ut existisse tantum dice-
rentur: quoniam scio cui Leonicam hodie Singam esse placuerit.
Illud certum quaecumque sit illa tandem Ossicerdensibus fuisse proxima,
de quibus mox dicturi sumus, et ut quidem conieceramus intra Valenti-
num regnum, quo etiam Edetani pertingebant, ut suo loco notabimus.

OSSICERDENSES ^{aliquando} ~~nonnulla~~ melioris fuisse conditionis ve-
tustate sua ^{clari nec profusi} ~~nonnulla~~ oblivione mortalium consopiti. Amb. Nova-
lis quoniam aliqui diligens scriptor, indagari posse rogat, qui aut quales
nunc sint Populi, quod loco constituti aut nomine appellati. Ptolemaeus
cum de Leonicensibus meminisset, paullo orientales magis collocat OSSICER-
DENSES. At cum dictum sit nuper Leoniceses extra Aragoniam fuisse
intraque Valentinum Regnum, quoniam a confinio non procul Striusq.
Regionis, sit et OSSICERDENSES extra Aragoniam etiam collocandos.
Cui magis minor homines quodam una litterarum nominumque simili-
tudine dubito voluisse Oreram M. P. ~~XVI~~ VI. infra Casaraugustam Urbem
ad sinistram Iberi Ripam situm oppidum, OSSICERDAM esse: quae
si ad sitas utriusque paullo curiosius respicerent, non pot. affirmassent.
Cui error irrepit in ii qui aut nobis aut glossatori Ptolemaeum ille
Aravant, quos annes in errorem traxit Villanovanus, qui in plerisque
minum quam desipiat, et decipiat: vix enim nisi in certissimis et extra
dubietatem omnem certumquid verumque pronunciat. At famen mel-

D

sunt

LEONICAM antiquitus
sede episcopali insignem fu-
isse vel inde constat, quod
in conc. Sacetana, quod
celebratum fuit anno Chr.
112 LX. inter alios Patres
subscribit Ioannes quidam
Leonicensis Episcopus, quod
quam eius sedis mentionem
nullibi me, praeterquam
hoc loco, factam legisse
conspicor. Meminit eius
Synodi C. Baron. ad Chr.
An. 112 LX. Tom. XI. li-
cet in ii quae supersunt in
hoc Regno eius Synodi mo-
numenti, vixit Leonicen-
sis Episcopi subscriptio desi-
deretur, cum subscribentem
tamen reliqui omnes, qui
nunc apud Baronium ce-
quuntur nomina.

Ab. Ort. Jos. Nester. in Heder.
Can. Steph. di. H. K. G. G. G.
Episcopus. lib. 1. c. 10. Fran.
Andr. In Eclania parit. p.
Fran. Diap. sed C. C. C. C. C.
caput Synod. lib. Ecl. di.
Nemmus acinus apud Fran.
de Urca parte altera facit
Lauricam cum inscriptio-
TI. CAESAR. AUGUSTUS. etc.
Laurus cum litteris MVN.
OSSICERDA. Alia nunc nunc
apud Fran. Eclan. habet
MVNICIP. OSSICERDEN.
Alia apud Fran. Sabana, fa-
facit una elephantum lae-
maru serpente grammaton
infra hi charact. era. igniti
MS. C. C. C. C. C. alia Ibericam
aliam alteram manu palea
altera porrigant. coronam

+ cum in anteriori parte
litteris, OSS.

si sunt nimis qui illius adhaerere erroribus, cuius me facilitati omnino
 pudeat pigetque. OSICERDENSIVM mentio in vetusto monumen-
 to, quod et nunc etiam Paucinone perhibetur esse, ut mihi testis
 culatus Illustris Guimeranius Comes amicus nollet et de huius litteris
 optime meritis, constatari est. Erecta basis erat ad eam Nyctis portam
 cui impoitus Angelus nomen fuit: post aut iniuria temporis, aut mor-
 talium contracta in duas est, tam etiam deformata, ut bona scriptura part
 deleta profer aut obrita fuerit. Nos huius eam representamus, qualem
 ab eo accepimus, et a se quidem sedulo descriptam.

PORCIA :::: M E ::
 M A T E N E :::: ::
 OSICERDE :::: ::
 :::: C E I . P O S T E A ::
 OSICERD. CAVSAR M
 TARRAC. PERPETVA
 L. NVMISIVS
 MONTANVS
 VXORI

At, lector, ut mireris discrepantes hominum sententias, etiam in
 hi quorum ipsi praesens spectacula fuisse, subdam tria alia exempla
 via monumenti eiusdem acribus exscripta, mirumque quam interse
 se discrepent et sententia et scriptura cum primo.

PORCIA ::::	PORCIAE. M. F.	PORCIAE. R. L. F.
MATERNAE ::::	MATERNAE	MATERNAE
OSICERDESI ::::	O. SACER. DESI	OSICERDESI
:::: H. C. ET. POSTEA	P. H. C. ET. POSTEA	H. C. ET. POSTEA
OSICERD. CAESARVM.	SACERD. CAESAR. M.	OSICERD. CASAR. M.
TARRAC. PERPETVAE	TARRAC. PERPETVA	TARRAC. PERPETVA.

Cetera ut in superiore. Cetera ut in alijs. Cetera similia sunt.

Mihi vero omnes hi videntur imaginis potius dubia obiecta menti inter
 vestigia litterarum fugientia ancipiti cura fluctuanti obiectis dedisse, quae
 rem. Quamquam mihi omnes inter quae media est incorruptior
 visa est inscriptio, fatisque ut credam praeter alia Scotus nollet,
 qui praesens exscripsit: ~~quae si ex uno fuisse, nihil deperditum ad istos
 et alios locos. Sed neque hoc occasione, neque illud ducit, quod
 hoc capite de rebus aliis non conuenit indicandis. Tu nisi haec pla-~~
 cent

Ver sequenti vestigia littera
 cum ex ista aliorum ha
 videtur sic suppleuimus et
 mendacimus.


vel: LVCII. F.
 PORTIAE. L. F. GALER.
 MATERNAE. EX CAESARVM.
 OSICERDENSIVM FLAMINTICAE
 H. C. ET POSTEA
 OSICERDOTT CAESARVM
 TARRAC. PERPETVAE
 L. NVMISIVS
 MONTANVS
 VXORI.

similia lapis apud S. Graec.
 in Scotia:

TEMPRONIAE
 FVICT. F. PLACIDAE
 POMPELONENSE
 FLAMINTICAE CON
 SENSIV CONCILII
 P. H. C.
 CORNELIVS VALENS
 MARTIVS
 I. P. F.

cent ad alia gradum faes.

GRACURRITANI. Admiranda antiquitatis oppidum non procul
 Aragonia confinis quia Turiago vrbis ^(ut vsuare non gaude) ILLURCIS fuit, Hispanorum, autem
 te Gentium aliarum, qua ante Romanos Hispanias imperio tenuerunt, vrbis
 quod vel nomen persuetet. Vbi Grachus Celtiberia admita municipium con-
 dit eo deductis veteranis, quod desuo nomine GRACURRIM, piove obliteras
 Vocabulo appellavit: frantum scilicet Celtiberi pernicatibus, et Imperio alte-
 rius ferendo nunquam volis, ne in Romanum d. rebellarent, aut impune
 saeculerent. Vtriusque Rei testis Felus Lib. VII. in Gracurri. [GRACUR-
 RIS vrbis Iberia Regionis, dicta a Gracho Sempronio, qua antea ILLUR-
 CIS nominabatur.] At quanta ea dignitas confenda est, ante Romanorum
 in Hispania aduentum nomen habuisse? ea vera antiquitas est vrbium, ori-
 ginem ignorari: ut cum instauratam scias conditam ignoras: cum nouo
 mine compelles, fateri et aliud antiquitas habuisse. At de GRACURRI et
 etiam Licius Ab. V. C. XL. qui sitor et acophalos, prodidit. [Tiberius Sem-
 pronius Grachus Procos. Celtiberos victor in ditionem accepit, monum-
 tumque operum suorum GRACURRIM oppidum in Hispania constituit.]
 Habituri fortasse plura ex Licio suspemus, nisi priorem Lib. illius par-
 tem etari amissam vitio desideravemus. Cum autem constitissa legimus,
 illustrare tantum intelligimus eam vrbem, qua antea et Hispanis nota
 et propria insignita appellatione: ac post GRACURRIM nobis Celtiberiae
 municipium fuit. Nam fuisse Municipium, negat Licus Ant. Augusti-
 nus, Nonismata persuadent. Nos eorum aliquid omnibus vestigijs du-
 frustra quositem e Promtuarco P. Merlarij ^{viri diligentissimi in vrbis}
 dicanda a situ antiquitate habuimus tandem, ^{nec unquam, sed spot Iberij.}
~~plurimumque oppidumque aliorum munitionumque adhibuit vrbis etiam nullam vrbis notatam~~
~~quod vrbis situm et signum adhibuit vrbis etiam nullam vrbis notatam~~
~~plurimumque oppidumque aliorum munitionumque adhibuit vrbis etiam nullam vrbis notatam~~
 in alia parte Taurus est, qualis ad Aram sitabat in mitella in Δ , for-
 mam, insulisque ornatus. Exemplar subieci.



INDE germanam scripturam per vocabuli, cuiusq. eam auctores de
 nos emendabim, praecipue Antonini Aug. Itinerarium, (sitamen illius est)
 quod in Graccurri toties fere depravatam, quoties in Lucem editum, dum
 quisque aut sua secutus exemplaria vitiosa, aut coniecturas male stabili-
 les. Craccaris, Craccalis, Craculis, Craccuris, et si superis placet casti-
 gatio, Croaculis, ex GRACCVRRI fecere. Ut cum genti infelicis praeter
 nudum nomen superis nihil, iam ne nomen exeret misere Vitaniani
 ac disceptum. GRACCVRRIAM Ptolomaeus in Vasconibus censet. Pan-
 uinius inter Colonias veteres ex Licio posuit; At cum Liberille vnde
 sumi Licij testimonium potuit, priora sui parte careat, quia de eay
 be ac gente sermo erat, nequid vnde sibi Panuinius persuadere potuerit,
 Coloniam eam, non Municipium fuisse. An ille integrum nactus exem-
 plar? non puto. Nam quae ex Licio nos adduximus, non ex eo, sed ex
 breuiario libri sumta sunt. Forte lapsus fuit memoria, ut pro veteribus La-
 tinae Colonos veteres appellaret: nam circa Sati veteris fuisse donatos Pli-
 nius prodidit. Sed omnino ea nummi certum Municipium fuisse.

SUPEREST ut sedem illis certam statuamus: At facilius fuerit
 aliorum opiniones refellere, quam quidpiam adijcere quod refutat ali-
 us diffidat. Illud certe praetermittendum non est, quod non nulli nec in-
 docti nec incalabres voluerunt, quos in errorem Noralis traxit, Carstus
 que Cladius: GRACCVRRIAM ibi locandam, ubi nunc Agreda Castellae
 oppidum ad Aragonia confinia ab Iruia prope vrbe M. P. XVI. ad solē
 occidentem. Quam opinionem saepe sum mixtus tam alte in se ipse omni-
 um animis, ut ne vnus, praeter Ant. Augustinum, alia cogitavit. At
 mihi tam certum est Agredam aliam esse a GRACCVRRI, ut longissi-
 me ab ea distitam statuendam esse contendam. GRACCVRRIIS certe in-
 tra Vasconiam fuit auctore Ptolomaeo. At Vasconiam vero fluvius ter-
 minatam planissimum ex eodem est. Itaque GRACCVRRIIS ubique
 tandem collocanda sit, citra Iberum collocanda est, cum tamen Agre-
 da ultra Iberum sita sit ab eoque recedat M. P. XXIV. Praeter Pro-
 lomaeum Vascones ibero clausos Strabo docet, ex cuius verbis et mihi fa-
 cili variorum opinione affere videtur. [Ora] Iberi [compleuribus habitant gen-
 tibus, e quibus nobilissima Saccetana dicitur: Haec a Pyrenes radiibus
 inchoans, in campos usque Latius extenditur, et Herda atque Otca Her-
 getarum loci adiungitur non procul ab Ibero.] Vides Saccetanos non
 procul ab Ibero statuendos esse. Nunc audi de Vasconibus subiungente
 supra

[Supra Sacetanos ad Septemtriones gens incolit Vasconum] Quod si Vascones Sacetanis ad Septemtriones erant, vix consistere possit haec si Vascones ultra Iberum excurrere fingas. Sed in ea tamen re Ptolomaeus perspicue litteram dirimit, qui extremas gentes Iberum versus Vasconum Calaguritanos esse dicit: qui quaquam ultra Iberum sibi in ripa ipsa aut certe amplexi sunt impositi: licet qui Ptolomaeum illustrarunt notis Calagurinam cis Iberum constituant notis errores.

NEQUE vero quicquam hic mendosum notis scriptorem obicit, cuius ipsi saepe auctoritatem elegerunt, et errores indicavimus; neque enim hic sive oppidorum, saepe mendosus numeris varianne; sed gentium limitibus, in quibus numeris Ptolomaeus absterget, rem agimus. Quandoquidem in enumerandis populis, qui ad quatuor gentes pertinebant, difficile fuit laevi hominem aliqui diligentem: qui tamen in cuiusque oppidi vero sive falli potuit, aut exemplaria corrupta fallere legentes. Nam si ex situ ratio ducenda esset, longe validius firmari posset sententia nostra; cum a Ptolomaeo GRACCURRIS cis Iberum annum constituitur M. P. L. ferme quibus si XXIV. addas, LXXIV. existent: totique eo spacio distitam GRACCURRIM pronunciatibus ab ea qua nunc Agrada est, fuisse. Sed ~~notis~~ non inde firmanda nobis sententia nostra videbatur. Quod si urgeas, et ubi nobis constituenda GRACCURRIS videatur quaesieris impertinens, fatebitur ingenue incertum nobis esse veterem situm, nisi quod inter Calagurim et Laccam a quo ferme intervallo constituenda est, nisi ~~tabula~~ Ptolomaei tabula decipiens, quo tractu oppidum est, e quinque villis, ut nothates loquuntur, celeberrimum, Vncastillo dictum. Sed neque in eo nos conquiescimus omnino. GRACCURRITANORVM in vetulo monumento mentio, ut quidem nimirum, nam integrum non exstat, nec supplere tamen sibiuit, quod in alijs fecere alij ex ingenio suo: citat Gruterus ex And. Scotto.

1 LAURELIAE

2 MARCELLINAE

3 EX. CLUNIENS.

4 FLAMINICAE

5 P. H. C. VXORI

6 NIS. I. CINI

7 NIS. FLAMI

8 NIS. S. CIVIS

9 NIS. GRACC.

10 NIS. P.

1. AVRELIAE

2. MARCELLINAE

3. EX. CLUNIENS.

4. FLAMINICAE

5. P. H. C. VXORI

6. L. ATACINI. EX

7. CLUNIENSIS. FLAMI

8. NIS. P. H. C. CIVIS

9. GRACC.

10. NIS. P.

sic supplendam censet
mas.

In politer

IN posterioribus verbis GRACCVRIAM ipse agnoscebam, nam quod aliud eis litteris contineri dicam non video.

ISPALENSES, VIBIENSES,
Carenenses, Cortonenses, Cincenses,
Segienses Lugani Lapsus.

CAPVT XIII.

VARIARUM GENTIVM SEX AGMEN DABIMVS HOC CAPITE
strenuum quidem, sed vitium tamen vetustate et tenebris; quibus praesidio
sacrosanctum cadere tandem est coactum. Necessitatis dumtaxat ea durissima sunt
iuras, quae dillere possis, reprehendere non item. Profligatas ergo obliui
one oppugnantis acies, abdulta spolia, militaria rapti signa tantum da
bimus clarissimarum gentium obliuionis templo appensa partem, parte
conferat. Tu lector esto horum adorum spectator.

ISPALENSES stipendiarij fuisse, et Conuentui nostro contributi,
hoc verissimum: illud incertum mihi dubiumque omnino, qua sede
ISPALENSES locem: nam diuises ab Hispanensibus Beticis nec in
fari videtur fuisse. Sed eorum quod prodigio simile videatur, nec Ptoloma
ei nomen praedit. Ultra quid adderem cum nihil esset, Fl. Dexter scicis
apud nos Cronicon est M.S. quod nati nostri illustrium dabimus for
tasse in suam prospiciem] locem intulit non nullam, cuius ea sunt Verba
ad An. CAR. CCCVIII. [ISPALI prope Gallias in Hispania montibus
Pyrenaeis Sancti Martyris Theodori, Oceanus, Apellus, Leica, et Ce
mens.] Vides ISPALENSES in medijs Pyrenaeorum conuallibus conti
tuendos. Sed in tanta oppidorum varietate diuersitatemque, quid dicamus? Alpis
picari qui possit verius quam affirmare serui, ad extrema Aragonia
qua Nauarra confinis est, montesque Regni vtriusque concurrunt,
fuisse Sitor ISPALENSES. Certe ad Vallem de ECHO dictam Oppi
dam est CIRESA, in quo et templum Petro Apostolo sacrum magni
centissimum antiquissimumque, quoniam ab Aragonij Regibus Ra
nimiro et Lancio extructum constat ingenti et Regio sumtu, et illa fe
rebat actas, floronorum centum nullibus: qua de re exstat in Ecce
Sic

Sic tabularia veteri testimonium. In eo oppido nonnulla hodieque visuntur mo-
numenta antiquitatis, ut videtur. Nos cum in eas regiones delati essemus
Monumentum tale vidimus prope sacram aram Templi.

IVSSV. DOMINI. ET. PRINCIPIS. NOSTRI

MAGNI. MAXIMI. VICTOR \equiv A

Fonte HADRIANI

SEMPER. AVGVSTI

ANTONIVS. MAXIMIVS

NOVA. PROVINCIAE MA \equiv \equiv \equiv

PRIMVS. CONSVLARIS. ET

PRÆSES. VIAM. AB \equiv \equiv

RVPITVBS. FAMOSAM \equiv \equiv

Fonte FLUVIALIENS

A \equiv BVS. AQUIS. PERVIAM

CON \equiv A NAVIS. SOLO PAC \equiv \equiv \equiv

PERDOMITO. AVERSO \equiv \equiv \equiv

INUNDATIONES. O III

Sed hæc coniectura videtur quam sit incerta: Sed certiora non habuimus,
neque habemus vltus dedit.

VIBIENSES Stipendiarum Plinio Populi Cesaraugustani Con-
uentus, nec aliud.

CARENSES item Stipendiarum gens, deoque ingloria. At desitum
cum compertum nihil habuimus, Fl. Dexter non nihil iussit. [Sanctus Li-
cerius Episcopus Carensis, vel Karnensis, in Hispania, Ilerda celebra-
tur, quo translatus fuisse dicitur cum Ilerda.] ex quibus duo inferat,
aliud, in quibus regionibus Carenses statuendos, in quibus et Ilerda urbs,
quando transferri Carensium Sedes Episcopalis non aliter poterat, quia
si non multum distaret inter sese fuisse populos dicamus: alterum, an
siquidem non utiqueque contemendos fuisse Carenses, qui Episco-
pio etiam digni viderentur. Ex ea gente MARCELLINA fuit illa
quae Flaminiæ fuit Favore pro Cesaraugustano conventu.

POSTVMIAE NEPO

CIANAE. SIVE. MAR

CELLINAE. EX. CAE

SARAVG. KARENSE

FLAMINICAE. V

XORI. T. PORCI

VERRINI. FLAM.

P. H. C.

COR. TO

CORTONENSES, De quibus illud affirmare possum ab Cuius
tu Caesaravgustano iura petijisse, et Stipendia Romanis perendisse, utrius
que rei teste Plinio. Vbi dicitur Sibi, aut quo nomen nomine appellati inco-
gnitum est, et ne coniecturis quidem affirmare quodpiam audeamus.

CINCENSES. Pari cum Cortonensibus conditione sive iura an-
tiqua, sive iura spectes; sive etiam nomen quo nunc censentur. At hic
licet aliquid coniecturis demus. CINCA fluvius ad Aragoniae extrema
Pyrenaeorum iuga, ad Municipium **VIEIATA**, qua Gallia confinis est, or-
itur, perque anfractus montium multiplex fluvius delatus, ad Gradum Ri-
pacurtia oppidum notat. Eseram amnem, qui paulo orientior ori-
tur fluitque, excipit, XVI. a Burbona urbe, qua hodie Barbastum est,
P. M. ad septentriones. Inde Montanem oppidum lambens, Fragam, qua
nonnullis Gallica fluvia putantur, alluit, ad confinia Aragoniae Caltulo
nisi que: demum ad Oclogepiam, cuius nomen apud Caesarem est Me-
tis, qua hodie Miquixenja est, ~~fluvio~~ ^{Sicori} iungitur, qui mox in Iberum im-
mergitur. Huius est Fluvij accolas, qui ripae dextra ^{Sicorisque} ~~proprie~~ infe-
derant **CINCENSES** dictos putarim: neque nomen fuisse ab oppido sed
a fluvio sumtum: ac propterea non esse quod anxij de oppido inquiramus,
quod nullibi extat, nunquamque fuerit. Quae coniectura non cre-
do aut infelix aut durius videatur cuiquam. CINCA fluvius nomen
servat hodieque, quem nos nascentem vidimus tenuis fonte alucoqueq;
nobili decurrentem: mox orientem etiam vidimus pleno alaco tumidam
et furentem saepe, qualam expertus Caesar dum inter illum Sicorimque ca-
stra munivit; itaque fluvio Africana clades nobilitatem peperit. Lucas
nus de eo.

Explicat hinc tellus campos effusa patentes,
Vix oculo pendente modum, camposque coferret
CINCA rapax, vetitus fluvius, et littora curvas
Oceani pepulisse suo, nam quingite miris,
Cui praestat terras, aufert tibi nomen IBERI.

Quo loco illud obferret velim, non vero CINCAM, sed Sicori exiit, qua
quam mox Sicoris immergitur Ibero. At nostra haec sententia de CIN-
CENSIVM sive facile cuius ^{quam} ~~est~~ proba bitur, dum modo meminere Ibe-
rantes longe supra CINCAM ad orientem inter gentes Caesaravgusta-
ni convenit contigisse.

SEGIENSES. De his problema huius Capiti huius partes. No-
bilit

bilitatem SEGIENSIBV, sive SEGIDENSIBV, et censemus potius, Numantina sive clader, sive viteri fideique peperit. Urbem fuisse nobi-
 lem magnamque Appianus testis est, ad Celtiberia extrema sitam, et sta-
 dij XL. non minus clauderetur, SEGEDAM: cuius causa Numantini tot
 et tanta passi sunt, quos superius explicamus: vel ex eo nobilit, quod prop-
 ter eam XX. sedos annos praelatum est: inter duas fortissimas gentes al-
 teram Orbis dominicem, alteram talem qua dominicem orbis auderet excipe-
 re, uno et laesere praedio: nec ante belli finis, quam Numantia exinde
 rerum, abolerentur Numantini. [SEGIDENSES socios et consanguine-
 os, Romanorum manibus elapsos, exceperant: habita pro illis deprecatione
 nihil valuit: cum se ab omni bellorum contagione remouerent, in legi-
 timi fidei praedium iussi arma deponere. Hoc sic a Barbaris accep-
 tum, quasi manus affunderentur.] Flori haec sunt. Itaque illud locum
 datum Numantini et edificat, SEGIDENSES socios consanguineos
 que suos ^{teclij} excepisse. Quasi non alio praedio pacem emere Nu-
 mantini daretur, quam prodita fide, concalcatisque violatisque na-
 turae ac pietatis legibus.

At de situ haec pauca habe. Ex his, quae narrata sunt, fit perspicue
 non procul Numantia urbes in Celtiberia inter Arcuatos positam supra, constitua-
 dam SEGEDAM. Certe inter Vxamam et Numantiam oppidum nunc est
 SEGES, quod et propter nominis affinitatem, et quia non procul verere Nu-
 mantia visitur, nonnulli, inter quos Mariana noster vir doctissimus, et optime re-
 litteris meritis, cum SEGEDA faciunt idem. At nobis, qui sciamus Conuentum
 nostrum Numantiam exclusisse classem scilicet Cheniensis, cuius rei est auctor
 Plinius, paulo aliter existimandum videtur. Cum enim SEGES hodie occiden-
 talior sit Numantia urbes, fit profecto ad Cheniensem Conuentum referendam
 esse, non ad CaesarAugustanum, qui nec Numantiam includebat, quae orientio-
 rior est: deoque nec SEGEDAM Seges esse posse. Sed orientalem magis SE-
 gedam constitendam, quam Numantia sit, cum certo putemus, incertum fami-
 nobis, qua sede locandam censuimus: remque in medio relinquendam omni-
 no putamus.

COMPLVTENSES.

CAPVT XV.

IBERI

IBERIAE PARNASVM DAMVS. ABITE TVRBAE: SECEDI
 te bella Matribus formidata mala, Ispensis impotena. Fumidi PHOE
 BE, Vos mihi Chorus MVSARVM nunc dicenda: non quas Gre
 cia mendax, sed quas religiosa Iberia colit amatque. Boeotia Heli
 conem montem, Phepnam oppidum, Caballium fontem,
 Quem fodit pede Pegasus volante
 Cognato madidus cubam veneno,
 Musis et Apollini sacras voluit. Pierium Phepalia, Macedonia Pim
 plam, Attica Nisum dedit: ubi et Nates somnia vident, et labia intingit
 produentque Lymphis fecundis: inde in Poetas abeunt, nouoque redanima
 ti diuino spiritu, felicique furore ad bella tonanda lauro prodeunt redi
 miti sua; ad aures aures carminibus ad implendas. Et nisi ille a Pa
 tre missus in gregis curam ductumque sopore pressus, tempellicus, diuina
 somnia somniasset, neque in Boeotia ASTRA nec nomine conferetur, ne
 que THEOGONIAE scriptorem Graecia, neque auorum cultor seligere
 de glaba precepta, somniisque aut iaciendi, aut colligendi nunc habe
 ret ab Hesiodo. Vide somnia quid in Graecia possint, quod apud nos
 Iberos nec vigilij datum est in aeternam dulcis noctem. Sic damnato diei.
 Quid deinde? Caballinum fontem vno plusquam Graeco fluentem, et
 per seruposa montis, nitidissimis fluctibus postrepentem contempsit Saty
 ricus, ausus [ad sacra Musarum carmen afferre semipaganus], profan
 nisque labris et ore ferreo carmina ructare ferrea. Et vere fuit
 ferrea, a ferreo pedore illius, qui Musas Musarumque sacra deponis
 set. Fluxissent utique vesper melle et ambrosia dulciores, suauiores
 Deum poculis: rapere docti rupes, frenare fluctus marinos, cohibere tor
 ventos peramfractus montiumque delecticia praecipiti fugientes nummure:
 cicurasset feras, domuisset monstra, et quidquid aut timuit antiquitas
 prodigijs, aut fabulosis finxere vates; vel Aeides, Ioues et Aluimena
 longioribus solitis satas tenebris, vicit, superasset, vixissetque: si in He
 liconem delatus scilicet Virgine Lymphas ab ungula Caballina ora
 expiasset, aut prolucisset labra: si in Parnasio umbraculo iacuisset,
 somnumque et somnia admisisset. Nuga. Somnia. Fabulae.

— Desertis Aganippes vallibus —

aret. In Parnaso vltra recalues rupes, nulla ne magis, quam se
 militate notiles sua, nihil reperias aut pretio aut dignum stilo. Mu
 sae Heliconis accola corui sunt, graculi sunt garruli loquaesq.
 Trax

Transducit Phœbi Chorus noëonarius in Iberiam, COMPLUTANAM sibi
pro Helicone, Parnaso, Hesperia, Pimpla, Caltatio, Pierio, Nissa vice
gerunt: neque unquam aut Saxis, aut circumdus habitantur. Et loqua
citatem oblitâ Musa Græcicam ad solidiores artes transtulerunt. Sep
Philosophiam, ~~Historiam~~, Medicinam, Philosophiam. Vertices hi par
nasi Iberi: hic fontes sapientie vident, hic flumina scientiarum ruunt, et
campos parentissimo feracissimoque non irrigant solum aquis, sed et in
cendant fluctibus, extinguuntque sitim ad satietatem; ut nec fruges nec
messes desideres. Habet hinc Hispania omnis vnde comœatus gentique
rat; nec querat solum, sed et in horrea importet; nec importet solum
sibi suisque in accuum consequens servatura, sed et in externas transducat
Provincias, in omnium gentium vitam. Sed Academiae origines in qui
sise libet.

FRANC. Eximius cognomen Cincera e Franciscana familia. Ita
tanus Archiepiscopus, vir ingenio magna, siue pars arte speles, siue litteras
et multiplicem sapientiam, Gymnasium COMPLUTENSE condidit, doctissimi
viris magnis premiis undecumque vocatis. Felicitas ea res auspici capta,
felicitas cepit. Instituta Academia est Hispania totis sine convocata nobi
lissimas. Nam quis doctissimorum seriem virorum tenat? eorum dico, quos
in COMPLUTENSE ~~sed~~ scholas ad omnium disciplinarum usum informa
tos Hispanica vides vel habent Patres, vel Doctores, et vel Patres vena
rantur, vel admirantur. Ecclesiasticas? quibus vel ornantem ad laudem vel in
staurantem ad eruditionem?

Quam multa in sylvis autumnis frigore primo

Læta cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alti

Quam multa glomerantur auri, aut ubi frigides annus

Fraxinetum fugat et terras immittit apritis.

tam multi COMPLUTENSIS Academia nec stero nati, vel sine educari
vbere pati sunt. Equum cogita Troianum: non iam hominibus armatis
in Triami arces, vrbique nobilissima cadem, sed magnis ingenij ad magna
nati, in magna nitentibus generosa quadam animorum magnitudine
gaudentum. At de ceteris tacendum hoc loco profus: Unus GABRIEL
VAZQUIZ ex societate nostra pretereundus non est, acui ornamentum
nostrum. Cuid in eo querat? Hædologicæ Labyrinthicæ ambages in dædali
dij ac diligentia filo aditæ explicatæque? Prostrata montes ex malis
compacta, domitæque rarioris clauas? Nodos plusquam Gordia caecitate

depe

desperatos, non iam Herandreae altu ardeque ferro discesses, sedens non
 talis unius ingenio fatorum decreta; sed ausu felicissimo acumine non
 tis vivacissima ondati? Fecit iam dicas? Cuere in VAZQVIO quod
 quid videret, et nisi quosita inueneris ad vstem, nihil sim. Vide perpas
 tentes Theologiae campos quasi in ingenij sapientiaque silentia fidem
 decentem pompam: Vide per arduas micisque Metaphysicae crepidines ani
 mose ausu tuto currentem: Vide Philosophia equora Neapolitano Liber
 torum passu humida superantem, vel leui cymba tanquam in Bactranensi
 deliciasque nauigantem quietas: Vide ex Veterum Patrum ^{prae} flores
 cogentem corollasque contremantem laetitia manni. Ex Conuliorum clausis
 hostis patribusque colligentem pomam in messarum apparatusu passu
 dei magni ingenij. Et tamen inter talia tantaque siue a natura, siue
 ab studio ornamenta parata, pietatem admirabere: et dubitare possi thro
 maior VAZQVIVS fuerit, Iamboniae re, an contra sapientia. Haedi
 ligentius contemplare, et nec Origenem, nec Tertullianum, te deperdere
 confitebere. Vidit COMPLVTENSIS scilicet tonantem fulminantemque,
 et cum vidisset post alios vere magnos, vere doctos, admirata obstupuit: cum
 que ad alios compositum, Virum; ceteros pueros infantemque de arbitratu
 soluta dicimus: neque rei clarissima quidquam addimus de nobis. Et
 tamen, o Pata! raptum lugemus cum immatura morte, qui immor
 talitate dignissimus fuit. In medio cursu laudis gloriaque abruptus nihil
 nobis praeter triste desiderium fecit, ingenijque fetus, in quibus ille vixit,
 vixitque, quamdiu vixit littera, reliquit. Sed hic ego sileo calamam pro
 num in GABRIELUM, nam alia vocant.

COMPLVTVM olim Casaraugusta nostra ad conuentum inter Popu
 los stipendiariorum contributum: Nunc MCALA de HENARES est; cuius appel
 lationis in Hispania Oppida sunt alia; hoc discrimine tantum gratia abste
 uis cui est impostum accepit nomen. Sed oruit tamen in immensum igno
 ranti annis ab nobili Municipio gloria. Nam quod ignoti torrentis in gloria
 meminisset, nisi COMPLVTVM addideret? nisi Oppidum nominaret? Steri
 li alveo tacite abiisset, atque in Sagum delatu commiscuisset amissis
 que videret, nullius fama nominisque dispendium subiturus, qui nullius fuis
 set fama nominisque, ne inter Ibericos annos numerum fecisset; nisi ac
 in ortu Seguntiam, aut in decursu COMPLVTVM texi margine pra
 terlapsus ad lambere. Nunc qui a multis magnitudine moleque et in
 arum spacijs superatur, gloria et appellatione vixit amix; quem et
 Lusi.

Lusitanus sitit, et Celsior potat, et incidet Males, et veneratur Belgas, et Gallus miratur: quo et Indas Gangem suum geminis ducit, et Lydas Bactram suam per auri ramenta currentem mutat, si possit.

COMPLUTENSES hodie Tolitani sunt civis, Ecclesieque nobilissima stipendia pendunt, quia nobilitas summa est. Causam habe. Bernardus quidam Tolitanus Archiepiscopus Alphonsi VI. Rege Mauros qui Oppidum occupant obsidione circum post paucos dies ad deditionem tandem coegit. Ad eam rem copias desuo aere coegerat, nec abveniente Alphonso. Ideo in Tolitani ditionem venit, Ecclesieque ex estempore parat. Vide quid possint in Hispania Reges, quando et subditi Regum sacerdotes possunt curvatis circum desua pecunia comparare, quibus et obsidere vides, et aut divuere pertinasas, aut accipere in deditionem supplices, metuenterque possunt. Cessere tamen quidem Mauri Municipio, sed eorum tamen memoriam nomen ab illis in dictum conservat sicut in sexcentis quam passum est recordationem, sive in aperte libertatis monumentum. ALCALA enim Maurorum lingua vrbis aut oppidum sonat aut quid simile.

REXVM in Hispania posthinc Gotta COMPLUTIVM Episcopatus invenit habuitque infelax etiam ante Leccigildum illum Ariana labe contaminatum, qui Hermeragildum primogenitum pro pietate catholica obtulit: sub quo DONITVS Episcopus Complutensis in Vrbe Casaraugusta pro religione exsulavit, alij episcopi alio dilapsi: cuius reite sit de M. Maximus Casaraugustanus Episcopus in Chronico quod apud nos M. S. est. Quamquam Bidaensis Abbas NOVELVM Complutensem Episcopum Leccigildo rerum in Hispania domino nominat. Sed ante eum Principem in ipso nascentis Ecclesie exordia Anno Christi XCIV. Episcopum habuit Ecclesia Complutensis S. GREGORIUM, auctore Flau. Dextro ad eum Christi annum: cuius ea sunt verba [Amphitio (aut Amphitrua) quae nunc Hita S. GREGORIVS EPISCOPVS COMPLUTENSIS, XII. Kalend. Ianuarij.] ASTVRIVS Tolitanus corpora sanctorum LVIII et PASTORIS Martyri intra moenia Complutensis Vrbes prius translata Basilica cohonestat cuius memoria egesta terra (aggesta potius) penitus intercederet. Et relicta Sede Tolitana scriptis manens Compluti vitam resque gestas ac Hymnum et officium sanctorum martyrum.] Mox anno proximo adulta etate excessit, atque in eadem Basilica sepultus est. Haec ex eodem Dextro sumta sunt an. Chr. CCCCXXIII. Nedorine
ergo

ergo qui Alaricum hunc non Toletanum, sed Complutensem Episcopi copiam
voluerit, quo id auctore pronunciarint.

Vniusque Martyris IUSTI PASTORISQ. et VITALIS qui coram
fuit Pater Complutum incunabili gloriatur: Quam patet urbem illi pro
fuso pro Christo sanguine tanquam generosi massam frumenti fermentavisse.
Eorum certamen cum Tyranno sacrissimo Deiano tantum telaeque fuit,
tantisque animis in aetate puerili, aetisque decertatum; ut et Tyrannus
non pudore minus, quam horrore perfuderit, et inanium Deum culto
res admiratione, mundum fama Ecclesiam gloria, triumpho Hispania
Complutum etiam de maribus optimisque spoliis diuitibus monumentisque
repperit. Patronos habet Complutum disciplinarum mater eos, quos ab
schola quondam et puerorum ludo intemptibus Tyranni sacris in ipso
rapuit vita semine, tanquam tenellos surculos vere tepente vix dum flo
rentes a trunco vite auulset. Vtrique templum consecratum opere magni
fico reaque dignissimo, quamquam non a Rege exstructo, sed ab eo qui
magnanimitate Regibus fuit par; sapientia sua aetatis viros clarissimos,
religione et pietate multos vicit. Franciscus Eximius is fuit, de quo
vix dum facta est mentio, S. R. E. Cardinalis, vir vere magnus auctus
poterisque venerandus. Cui ne nihil commississe videretur, quod sicut
ad Hispania sua gloriam, sicut ad ingeniorum culturam, sicut etiam ad
Ecclesiae commodum ornamentumque pertineret, SACRA VOLVUNTNA =
multiplice lingua et caractere, doctissimis in rem tantam insudantibus
viris, Compluti cedenda de suo aere curavit quam emendatissima et
elegantissima. Unde mirum est quantum in vniuersam Christi Ecce
siam utilitatis, quantum dignitatis emanarit. Ad doctrinam ille pie
tatis et sanctimonia tantum addidit, quantum Praefulem Hispaniarum
maximum, Lumenque Romanae Ecclesiae clarissimum addidisse de
cebat. Magnus quidem virtute, nec prudentia minor, qui in eo fuit
prope singularis belae maximo Rege ac prudentissimo FERDINAN
DO Aragonio, a quo Hispania gubernanda Praepositus, dum ne
per CAROLVS aetate et viribus ad tantum imperium adhaereret, sicut
gestisse honorem visus est, ut in eam curam a natura et caelo unam
videretur aut formatus aut institutus. Simulo exceptus Compluti est,
et in magnificum illius Templum, magno sui indigenis exterisque
desiderio relicto, postquam Academiam (quae illi potissima fuit cura)
optime et ex sententia constitueret. Cuius sarcophago ea carmina
inscripta

inscriptas leguntur, quae hic addere ad memoriam viri opera meum
iudicauimus.

CONDIDERAM MUIS FRANCISCU GRANDE LYCEVM:

CONDOR IN EXIGVO NVNC EGO SARCOFHAGO.

PRÆTEXTAM IUNXI SACCO, GALERUQ. GALERO;

FRATER, DUX, PRÆSVL, CARDINELIQ. PATER.

QUIN VIRTUTE MEA IUNCTVM EST DIADEMA CVCULLO:

CVM MIHI REGNANTI PARVIT MESSBERIA.

Sed et Didacum habent COMPLVTENSIS e familia Franciscana,
Virum dum in humanis opes et vita sanctimonis, et Christiana simpli-
citate insignem: Mortuum vero inter Prætorum ceteris celo collocatum.
Eius memoriam SIXTVS V. eisdem instituti P. Max. agente po-
tissimum adnitenteque PHILIPPO eius qui nunc in Hispania rerum
potitur, Pater, consecrauit. Sed DIDACI tamen quamquam non ortu,
morte sanctissime solitas, qui verus ortus ad beatam sempiternamque est,
vitam viris sanctissimis COMPLVTVM decoratur. Ut ad IUSTVM
PASTOREMQUE. aetate pueros, DIDACVI adiretur sancta simplicitate
etiam Puer: a quibus COMPLVTVM non litteras adulationem, in-
anemque gloriam, quas alij tradit, doceretur: Sed litterarum ac sa-
pientia vitam animumque, quae virtus est. Neque Vrbis vrbium magi-
stras, et eruditionis Patens se a Pueris institui ad virtutem omnem,
et fluxarum rerum despectum recusaret.

COMPLVTENSIVM mentio in peruestulo lapide, qui hodieque
Arganda visitur, auctore Morali.

IMP. NERVA

CAESAR. AVG.

TRAIANVS

GER. PONT.

MAX. TRIB.

POT. IIII. PP.

COS. II. RESTI

TVIT. A. COMPL.

XIIII.

BURSAO

BVRSAONENSES, DAM

manitani, Larnienses, Itarisenses,

Ilumberitani, Lacetani.

Linio lux.

CAPVIT XVI.

FERCVLVM HABE, LECTOR, SINE MICA AVT PIPERIS,
 aut salis, quae vel pungat acidum, vel irritet nauseabundum in
 ossonia. Quid? Supercilium ducis? Non aliter mensas impleas, nec ali-
 ter ciborum. Vilicet, nauseamque moueat Phoenicopteris acui Romani delicia,
 sicut eo Phasianus eodem symposio de sapore contendat. Si multitudine instrua
 clarum dapium mensas non tam instruas in necessitate usumque, quam
 in luxum, abluas: non tam in lautitiam ornes, quam ornes in grauedine.
 Varietas delectationis genitrix, nec sine diuersitate oblectatio diuina est
 illa. Caelum suspice, multiplice in oculatum lumine: et tamen interse
 dora discrimen laudes, proiectosque a varia causa varci in tellurem radiis
 non eisdem coloris. Neque satis illa fecisset varietas ad delectamenta
 omnimoda, nisi etiam maculis non vno eodemque loco faceretur. Faderat-
 tur? Ornaretur potius: nam et naeuum in pulchritudine numeramus, inde
 coram seruamus. Sive macula illa Lactei circuli pars splendens, au
 sublucida, pars subobscura ex concursu multiplice mirularum surgant facii,
 quod non nemo voluit, ^{et optice, postea tuba verum probantur} ~~autem, sicut in astris~~: sive ex diuersa luminis tem-
 peratura re percussis, rarioris aut densiore excepti corpore, quod pluvibus
 cuit et melioribus Philosophorum. Terram prospice, postquam ex illa diuorum
 arce demiseris oculos sideribus aduersos. hic montes non vno ligno fronde
 que conuulsi, sed ad miraculum stuporemque multiplices: alibi ad cultu
 delosos, et tantum sterilitate nobiles. Ingentia ex ignoto flumina veni-
 entia, et tumente tonantisque fluctibus consistere quadam maiestatis atten-
 tatione abeuntia per plana, fugientia per accliuia, cadentia per sco-
 pulosa ac praecipitia montium. Arentes contra rupes, sitienses arenas,
 camposque conseminatos lapidibus, humore proscus delictus infami per-
 sepsit miseria. Aliosum flante oculo: occurrent excurrent in lingua
 lati

Lalunque sylva, alibi arua tritica messe degravata. Hic spiritus et frigidus
exhorrescens humus. Non aliter tibi contat pulchritudo sua, non secus ho-
minibus oblectatio sua, sua fauoritia Libris non aliter. Dem ab una ca-
lamo ingentes tantum vrbes antiquitate canas suas, commendatas, sicut
affluentes opibus ciuibusque: Lagabii similium sociata granditas et
unde oblectamentum quasiuicti, fastidium naufragumque resere uides.

BURSAONENSES. M. S. codex authore Ortelio BURSA-
VONENSES habet comperio nondo. BURSAVONENSES Hirtius, velquis
quis eius commentarij de Hispaniensis bello author censetur, indiget. No-
bi quid potius arrideat non pronunciamus, quoniam in Hirtio sunt
qui BURSAONENSES substituant, qui uicere a nobis BURSAONEN-
SIBUS certe: cum ij in ijs regionibus qua proxima sunt vrbi Ca-
saraugusta constituendi sint, inquam iuris agitari causa conueniebant:
illi contra siue Vrsanenfer sint ab vrbe Vrsone cuius et Hirtius
idem meminit, siue Burpsaustenses sint in Pratica siti fuisse dicendi
sunt ex eodem Hirtio. Ptolomaeus Burpsada vrbes in Celtiberis me-
minit. sub latitudine ut vocant Grad. XL. partium L. Longitudine
Grad. XII. partium XLV. itaque Evcauca vrbe paulo ad meridiem
occidentemque solem Burpsada vergebat. At pro Burpsada BURSAON nobis
substitui posse uidebatur, aqua BURSAONENSES uicissint: fuerit uero
stipendiarij authore Plinio. Certi aliud quod addamus nihil habemus.

DAMANITANI. Non minus hic horrida tenebra nobis pal-
panda sunt inferre pedem uolentibus. DAMNITANOS correctiora
Plinij exemplaria habere, testatur et nequid quis: Sed nos tamen cum
apud Ptolomaeum in Egetanis DAMANITAM vrbem agamus, nihil in
Plinio mutandum censamus et opus: atque ab ea vrbe Casaraugusta
nostra ad Conuentum dant inter stipendiarias Populos DAMANITA-
NAS siue DAMANITANOS dicimus. At ubi locorum DAMANIA, aut
DAMANITANI siti? Supra Osicerdam quam ad extrema Regni, qua Na-
lentiam exiit, ad septentriones DAMANIAM Ptolomaeus statuit. at quo
nunc nomine censetur incertum mihi et omnino, nisi quod in ea regio-
ne, ubi nunc Turulium, siue Turulis vrbs est, statuendi sunt DAMANI-
tani Populi.

LARNENSES. LARNI amnis Plinius meminit in Iarra
conarsi: ab eo, sicut a Cirica Cincenses, ditlos LARNENSES fuisse qui
ad nudum nomen appellationemque respiciat faule sibi persuaserit:

et quo

earum gentes quia Larni ripis insedissent Caesar Augustani fuisse conven-
tus affirmaverit. At mihi aliter existimandum videtur, cum flumen
illud prope Blandas oppidum a Plinio fluere affirmari videatur: quod si
Blanda Blandes sunt, quod oppidum est, non procul Barcinonensi
agro, ut docti voluerit, et persuadent multa, videredo LARNVM cuiusque
accolas longe esse a nobis LARNENSIBUS alios. Nobis de his nihil ille
more statuetur in tanta caligine veteris aui memoriaeque. Stipendia
vi Plinio sunt.

ITVRISSENSIS. Meruere hi nonnullum diem, nulli tamen,
tamem, quasi plane illuxisse Genti tum sordida et stipendiaria solum
poeniteret. ITVRISSAM urbem in Vasconibus numerat Ptolemaeus: ab
ea ITVRISSENSIS, et pro ITVRICENSIBUS Plinio restituendi,
nam eorum et P. Mela perspicue meminit praeter Ptolemaeum. Hodie
SANGVESSAM esse in Navarra Regno, vique olim Vascones, nobi-
le municipium auctores non contemnendi Schottus noster, et Villa
nouanus alter ad Melam, ad Ptolemaeum alter prodiderit. At nobis alio
eundem est nec sine duce rationes. Nam cum ITVRISSAM Ptolema-
us supra Pompalonem Orientalem versus ad ipsas Pyrenaei radices
constituat, fieri nullo modo potest, ut ITVRISSA SANGVESSA sit, qua
quanguam orientalius paulo Pompalona sit, recedit ab illa in meridie,
cum ITVRISSA Septentrionalis esset. Accedit alia ratio: nam ITV-
RISSA Pompalona M. P. XXII. distabat, ut perspicue in Antonini Iti-
nerario (quanguam ibi non ITVRISSA sed TVRISSA videtur, sed non
dise) cum tamen SANGVESSA integris P. M. XXXII. distata numeret.
Denique illud litem dirimit, quando alpe nihil efficiant: ITVRISSA
eo itinere quo ab Urbe Asturica Burdigalam iter post Pompalonem
XXII. qua diximus P. M. constitutam fuisse, cum tamen eo itinere
Gallias eundem Sanguessa ad dexteram millibus multis relinqua-
tur. Iam credo mecum senties, lector. At ubi ITVRISSENSIS collo-
candi sunt diximus ab Urbe Pompalona sex non amplius nostratibus lau-
cis ad Idem orientem, scilicet in ipsis Pyrenaeorum conuallibus: quo nunc
nomine dicantur, non definimus, quanguam eorum oppidum est ITVRVN.
ANNO Chr. CCCIV. Quamaxime tempestate Decianus Proconsul
Lari imperio Hispanias gubernabat, et in Christi cultores seui insanie-
bat modis, ITVRISSA nomen servabat multorum martyrum intin-
cruore. Haec ex Fl. Dextro sumta sunt, cuius ea sunt verba ad illum
Christi

Christi annum [IVRISAE in Vasconibus SS. Martyres Socrates, Dionysius, Victor, Zoticus, Arcadius, Casarius, Severianus, qui sub Dio cleciano varie torti martyrium compleverunt: Quibus additi sunt Chri Apollorus, Antonius, Theonas, qui varie torquentur.]

ILLUMBERITANI. LUMBIERRE non ignobile oppidum hodie que extat in Navarra Regno ad imas Pyrenaei montis radices. ILLUMBERITANOS ergo ita locantes esse vel nuda nominis notatio persuadet, non abruente sibi. Stipendiarios inter a Plinio recensentur, et Casarum gustano conventui tribuuntur.

LACETANI. De his ac LACCETANIS magni animi, nec magni presidii, an idem, an diversi sint hoc capite disputandum postremo est. At prius LACCENSIBUS sua sedes constituenda sunt, inde enim duo illa facile fieri poterunt, nam aut LACCETANI veteres ibi locandi sunt, ubi hodie LACCA vrbis est; aut utriusque cum LACETANIS idem sint, aut utri illorum potius. De LACCETANIS tam varia a variis sunt prodia, ut et aliquid certi statui posse videatur. Occidentiores Aethetani, sive potius Aijetani (in quibus et Ausa, que hodie Vique est, et Gerunda, que Girona) et Castellani, qui in Catalonia superiore fecere populi, LACCETANOS Ptolomeus constituit, et in illis vrbes Lisam, Uduram, Aferrim, Setesim, Pelosim, Conesum, Bacasim, Lepam, Anabim, Cinnam enumerat: quarum gentium situm ignorare profer non distiter, nisi quod in media Catalonia, que nunc est videntur fere collocanda: et tamen Ptolomeus LACCAM urbem aqua LACCETANI videri possunt appellari, in Vasconibus censet supra Cascantu ad septentriones magno spacio. Quasquam sint ambigua, et infida satis videri. Ideo pro LACCETANIS in Ptolomeo sunt qui Accetano substituant. Sed nec illi de mendo, aut nomine potiore quidquam persuadent. Propterea nos misso Ptolomeo, quem insigniter depravatam, erroribusque perturbatum questum sumus, aliunde subsidia comparabimus: si unde vocari possint. Strabonem audi Lib. Geograph. III. situm LACCETANORVM designat. [Ora (Iberis) compluribus habitatur gentibus, ex quibus nobilissima LACCETANA dicitur. Haec a Pyrenaei radicibus inchoant, in campos usque latius extenditur, et Herda et Itca Kergetarum locis adiungitur non procul ab Ibero] Sed inde haec num sint similia: [Ad Aquitania, et Hispania confinia LACCETANI sunt, in quibus ea tempestate Sertorius cum Pompeio belligerabat: postea vero Pompeij filius Sertus adversus Caesaris praefectus]. Haec item censet: [Supra LACCETANOS ad septentriones gens

incolit Vasconum, inquit Pompalon [ita est.] Quid hinc statui certi possit ipse non video, nisi dicat immensi spaii excurrere IACCETANOS qui et Vasconibus colimitanei essent, et Aquitanis, et Nergetibus: nam eos ipsi limites Strabo constituit. Quod si hoc videntur veras videri in IACCETANIS non solum urbem IACCAM quae nunc existat, sed et alias plures fuisse. Itaque Straboni IACCETANOS eos esse qui nunc eodem nomine appellantur ex his constat, quamquam latius antiqui patere.

LACCETANORVM et Plinius, et Livijs, et ante illos C. Caesar Ciceronij bellorum commentario primo meminere, et siquis alius, de quo mihi non venit in mentem. [Interim Oenses, et Calaguritani (Fibulae venses scilicet) quierant cum Oensibus contributi, mittunt ad eum Legatos seseque imperata facturos pollicentur. Hos Tarracorenses, et LACCETANI, et Ausetani, et paucis post diebus Ilyrgaonenses, qui flumen Iberum attingunt insequuntur.] Haec Caesaris sunt. Plinius haec [Palaeos (Nergetes) quo dicitur ordine inter recedentes, radice Pyrenaei Ausetani, Itani, Lacetani: perque Pyrenaeum Cerretani deinde Vascones.] iterum quae eorum meminit dum gentes enumerat quae Caesaraugustam ad Conuentum conveniebant, nec ultra. Eorum frequentior in Livio et mentio et fama, ita tamen ut quae sede locandis decernas incertior sit multo.

PROPTEREA sunt qui in Livio, ne dixeris faciunt a LACCETANIS, hos pro Lacetanijs substituunt; quorum mihi castigatio non contemnenda videretur si semel in eo scriptore LACCETANORVM nomen legerem, aut nisi eorundem et Plinius et Caesar meminissent, quos omnes mendosus pronunciaturus est, quisquis mendosum Livium contendant. Cuius argumentis et illi refelluntur, qui non hos, sed Ptolomaeum et Strabonem castigandos censuerint. At mihi contra mirum valde est nullam de LACCETANIS in Caesare Livio aut Plinio mentionem esse; sicuti ex adverso in Ptolomaeo et Strabone LACCETANI sunt nulli: et proclive est ut mihi persuadeam easdem esse profus gentes, et una appellatione diversas. Certe Plinius LACCETANOS inter Nergetes et Vascones sedem habuisse subindicat, et ordo ipse gentium quos enumerat ad Pyrenaei radices non alium situm innuere videtur, quam eum quo nunc IACCA urbs videtur, quae quae illi et Ptolomaeus, et Strabo assignant. [Radice Pyrenaei, inquit, Ausetani (qui nunc Vicenses) Itani (qui forte LACCETANI: perque Pyrenaeum Cerretani deinde Vascones. Vides quos quasi limites LACCETANIS tribuat: ad meridiem Itanos, Ausetanos quae in ipsa

in ipsa Pyrenaei radice, quae in Septentriones excurrit. [Per Pyrenaeum
Cervetani] ad Idem scilicet Orientem LACETANORUM. At cauae ea Ver-
ba [per Pyrenaeum] ad Vascones referas: hi enim non summum Idem Py-
renaeum occupabant, sed ad Iberum amnem profundeabantur, ut alibi no-
tatum est. [Deinde Vascones] ad Septentriones scilicet. Quod si hoc finis
LACETANIS recte ac diligenter constitutus dicamus, a quo non diversus ab
est Strabo, dum LACCENSIBUS suas sedes designat, fit profecto non aliter
LACETANOS, quam LACCENSIBUS esse, eisdemque cum LACCENSIBUS
nominis. Neque aliter Ptolemaeus eas Gentes collocat, quanguam et Ausu-
tanos Autethanos appellat, et Itanorum non meminit: sed ea tamen
sede LACCAM urbem statuit, in qua nos illi sedem damus: Licet in eo errave-
rit, quod LACCAM in Vasconibus, et alibi LACCETANOS locet.

LACETANOS siue LACCETANOS credo sua sede locavimus: quanguam
in ea re non omnino conquiescimus; sed tamen summa nec alius dedit,
nec nos excoGITARE posuimus. Inquieta quaedam gens, et prona inferru-
fuit, iugumque servitutis perferre videtur. De illis ea Livius prodidit
Ab. V. C. XXXIV. [LACETANOS deciam et Sylvestrem gentem cum
instita feritas continebat in armis, tum consuetudine, dum Cos. exercitus
que Furculo bello est occupatus, depopulorum sceleris incursionibus socio-
rum. Igitur ad Oppidum eorum oppugnandum Consul ducit non Romanas
modo cohortes, sed civitatem etiam merito inferprum huius sociorum. Oppi-
dum longum haud quaquam in latitudinem tantumdem patens habebant. Qua
dringentos inde ferme passus constituit signa. Ibi decaturum cohortium sta-
tionem relinquens praecipit eis, ne se ex loco ante mouerent, quam ipse
ad eos venisset: ceteras copias ad ulteriorem urbis partem circumducit. Maxi-
mum ex omnibus auxiliij numerum Suesetanae Iuventus habebat, eos
ad murum oppugnandum subire iubet. Quorum ubi arma signaque LAC-
ETANI cognouere, memores quam saepe in agro eorum impune perceller-
sent, quoties ipsos signis collatis sedissent, fugassentque, patefacta repente
porta universi in eos erumpunt. Vix clamorem eorum, ne dum impetum Sues-
etani tenerent. Cecidit posteaquam, sicut futurum vultus erat, fieri Consul et-
iam vidit, equo citato super murum hostium ad cohortes aduehitur, ac
que eas arreptas effusis omnibus ad sequendos Suesetanos, qua silenti-
ac solitudo erat, in urbem inducit: priusque omnia cepit, quam se re-
ciperent LACETANI. Mox ipsos nihil proter arma habentibus in dedi-
tionem accepit.] Eo asse Cato Urbem Valentem virisque et armis po-

Vide Lapidem apud Mor. pag.
148. cuius etiam maximus
qui monumenta Hispanica est
legit. F. Aulsa hodieque esse di-
citur, in quo de Lacetanis
nonnulla, unde de sua gen-
te olim coniectura fieri
posuit.

tentem oppugnauit expugnauitque. Verius sine oppugnatione expugna-
uit, arte virtutem Genti elidens, laudisque simplicitatem minime ea-
rum fraudium timentem.

EX ea vire MANDONIVS INDIBILISQ. orti cum totius Hispania
imperium animo concupiscant, quibus parum erat inter gentiles suos pri-
misi forent principesque, nullam unquam reibero gerenda occasione
praetermisere. Sed illis ardoris multum ab ingenio, multum a Patria
contumacia fuit, nec fortitudinis ac virtutis minus: parum tamen aut
soleritia prudentiaque; aut in fortuna persequi fuit. Quae nisi abfuisset,
Reges videre posset Hispanias, quos et nobiles et principes et duces secuta.
De illis haec Licinius. A. V. C. XXVIII. [MANDONIVS et INDIBILIS
quibus, qui regnum sibi Hispania partem Carthaginensibus destinarent
animi, nihil pro spe contigerat, concitatis popularibus, LACEIANI au-
tem erant, et circumstante Celtiberorum excitata agrum Suesitanum
Sedetanumque Sociorum Populi Romani hostiliter depopulati sunt.] Au-
si hac eo tempore, quo Scipio ad Carthaginem morbo correptus tenebatur,
quo nuntio multorum concitati animi non Hispanorum solum, qui dese-
cere palam duces secuti Mandonium Indibilemque; sed Romanorum eia,
qui ad sacrorum flucium presidium gentibus impeditum, qui eis Ibe-
rum, exant et seditione publica periculisque rem in extremum adduxere diseri-
men. [Apparuitque quantam excitatura molem vera fuisset clades, cum ve-
nus rumor (de obitu Scipionis) tantas procellas excitauisset.] Sed de seditio-
nis authoribus sumpta poena, animaduersumque in illos est virgis et seu-
ri: In Mandonium fratremque expeditio facta est. Qui cum tam seuerè in
seditionis ciues Rom. animaduersum scirent, spe deieci vixie in sententia pers-
istere suam noxam atrocitate supplicij alicui pari aut certe maiore poena
estimandam rati. Itaque vndequaque contractis copiis quos remiserant do-
mum, in Sedetanum agrum ubi prius statua habuerant, cum XX. M.
peditem, equitem II. M. et D. transcenderunt. At Scipio ab Urbe Cartha-
gine decimis castris ad Iberum peruenit, inde superato amne die quar-
to in corpore hostium venit. Inde facta pugnae praesertim hostibus, quam
quam et consuetudine seditionum ultima experiri, ^{coegit} Et ardor insit genti cito
ei angustia montesque circumiecti animos addebant; hostium tamen
multitudini, et Scipionis artibus cessere. Sed quod unum tamen tunc licuit
vitam in malo posse LACEIANI, et ILLERGETES, et ad unum
cederentur omnes quotquot in bello pugnauerunt, cum nullus fugae
aditus

aditus esse relicto. Tertia eorum pars qua suppetias lacuna periclitantibus, in monte conlisterat, fuga elapsa est: inter eos et Regali ipsi fugerunt. Mox abiectis belli consilijs nihil futuris esse desperatis rebus, quam se sese dei clementiaque seipsonis permitteret testor^{nat}, damnato priore errore, ad eum venire; a quo quamquam pro priore contumacia meritis oburgati, veniam tamen praeteritorum, utamque in posterum consecuti sunt, tantum imperata in stipendia militum pecunias. Is fuit belli illius finis, & inde quiescere Lacetani ad annum V. C. D L VIII. quo tempore tum multantes Caro compressit, ut ~~dicta~~ dicebamus paulo superius. Modica nunc Urbs LACCA est, sed pulcherrimas medijs Pyrenaei constitutas. Haec illa est, quae post excuti captum Mauricum iugum cervicibus Aragoniorum, prima Urbium in nostrorum venit potestatem, iactique vicia primis Imperij fundamentis inde se longe lateque propagavit, exterasque gentes invasit. ^{Aragonij signa nominis.} Gestata sunt An. Chr. DCCC II. ut per tamen, nam alij alio discessere. Ea aetate LACCA Episcopus habuit Laccenses, et Aragonis dicitur. Sed post non adeo multos annos illatis Aragoniorum in ulteriora signis, aliquae capti Civitatis, ea LACCA fuit dignitate spoliata, caruitque ad annum usque Chr. CLVII. quo Philippo Rege agente erecta iterum est in Episcopalem cathedram. Arcem habet propugnaculis distinctam quinque, non magnitudine, arte tamen et firmitate operis, praesidioque valido imposita munitissimam. In munimentum Aragonia habet adversus Gallicos angus. Incola sacrificio multum dediti, ipsique commercijs quae ex pecuniaria proveniunt, quam exercent.

P O M P A E L O N E N S E S

CAP. XVII.

SUPRA LACCETANOS AD SEPTEMTRIONES GENS inedit Vasconum, in quibus Pompeilon sita est, veluti Pompeiopolis. Strabonis haec sunt: Unde quispiam sibi persuasit POMPAELONEM opus esse Pompeij, ab eoque constructam eo tempore, quo sublatam per domesticas insidias E. Sertorio, et inter pocula cenaeque

alium

alium apparatus a Perpenna et concurati interempto, sedariusque et cumque Hispanorum motibus, ad optatum triumphum festinabat: Urbem tunc exfluxisse existimant hi desepo nomine dictam, quae Pompeij famam gloriamque servaret etiam post ista infelicia fata. Sed nobis Pompeionis nomen antiquius quiddam sonat, parumque his parum, et infimissima nobis haec sententia coniectura; neque ex Strabonis Verbis certam deui rationem posse pro alterutra parte existimamus. Certe Plinius Pompeiopoli duplici meminit, neutrius in Hispania: sed alterius in Cilicia prope Nymphaeum, alterius in Cappadocia, postquam debellatum cum Mitridate est a Pompeio nominata, cum antea Eupatoria diceretur. At POMPAELONIS Plinius idem meminit, neque de conditore verbum, quod mirum fuerit si recentis memoria ab Pompeio fuisse aut condita aut appellata. Pompeiopolim aliam in Paphlagonia posuit Stephanus Byzantinus, neca quod illum vlla alterius mentio est. Strabo praeter eum locum quo de dubitatio est. Cappadocia meminit. Neque tamen sic sententiam damnamus veluti nec maiestati: sed huic sententiae maneat iura. Nos pergamus.

Cui Luderent in nomine non desuere parum natus scriptores: quorum nobis non tam conuictanda aut improbanda figmenta sunt, quam ne scriptura quidem dignanda aut censu. Ludibrium docti hominibus iure et merito debeamus si in refellendis fabulis somnisiique Vanissimis, aut referendis operam collocemus. Fabularum qui usurpat etiam reputatur, probare, aut certe non contemere videntur, alioque loco ponere quam merentur. Nam qui in aciem et arenam cum hoste prodijt etiam ut vincat, timuisse videtur, anxiusque de successu hostem aliquando suspexisse: neque aliunde ignaua gloria quaeri possit, quam ab interemptrice aduersarij Valentis Fertera. Noua ea aduanda gloria ratio est, gloriam ex tuo de decore aduersarij quaerere, et victoris nomine victi nomen audiatu, et post mortem viuat. Optima de ignauo victoria Contemptus: Contemne, et uictis te existimes. Atque utinam abstinuisset praedari scriptores, ab his inepiji repellendis, vixissent utique sui ipsorum notibus ignorantiisque sepulta. Nam qui sine Stomacho legat aut audiat sine risu, quod apud non neminem ex nostris scriptoribus legat, Urbem Pompeioniam dictam, quasi Vicamba Lunam, a Rege
nimi

nimirum Wambas illustratam ampliatamque, cum ante Wambam multis seculis et POMPAELON fuerit, et nomine eodem diceretur? In scriptura varij varie sentiunt. Nos monumenta duo deditimus, Farracione etiam num infantia ut a viris amicis grauibusque comperimus: qua ab And. Schotto nobis Lanus Grut. transmissa inter alia, qua bono publico iuris communis fecit, euulgauit.

SEMPRONIAE
 FVSCI. F. PLACIDAE
 POMPAELONENSI
 FLAMINICAE. CON
 SENSU. CONCILLI
 P. H. C.
 CORNELIVS. VALENS
 MARITVS
 S. P. F.

Cornelium hunc praenomine Caium Moralis scribit, Gruterus pro FVSCI legit TEVSCI. in quo notus error aut eius, aut librarij: nisi Schotto fugientia litterarum negligia impetuere. Pro POMPAELON. Moralis simpliciter vocali POMPELONENSI habet. sed prior scriptura potior est: adimitque dubitationem monumentum aeternum esse.

GN. POMPEIO
 GN. FLL. GAL.
 POMPAELONENSI
 TVIR. FLAM.
 P. H. C.

Pompaelonenses habet Pompeium et Semproniam Flaminem Flaminicamque Praeurae Hispan. Citer. et Genti nomen in monumento etiam num vicens. Pompeij Trophaea ad Pyrenaeum constituta, ut auctor Plinius est, Pompaelonem urbem esse sunt qui fabulantur. Horum commentum vel ex eo refelli satis potest, quod Plinius idem rei scorsim utriusque mentionem fecerit, Urbis et Trophaeorum. Incaute lib. XXXVII. Cap. 11. in Pompeium acriter quod sui imaginem exprimi margaritis curauerit. [E margaritis, Magne, tam prodiga res, et foeminiis reperitas, quam gerere

te fas non sit, hinc fieri tuos vultus? sic te preciosum videri? nonne illa tui similior est imago, quam Pyrenaei iugis impendit? Quae de trophaei in ipso Pyrenaei vertice constituti accipienda esse quis ambigat? Et tamen Pompalon non in iugis sita est. Ideoque benefici Ortelii eruditus viro, qui in sua Hispania veteris tabulas utriusque rei loci diuersis situm notauit. Trophaeorum quidem prope Ruscinonem, quae suprema montium minantur iuga; Urbis in Vasconibus totis poene Pyrenaei interioribus quae in longum currunt. Sed et Circulos ferreos liquato plumbo adfixos rupibus, quibus infigi trophaea solebant, decem eoque amplius pedum ambitu hodieque in Andorra et Allavaca conualibus extare, testem habes eruditum grauemque Marianam nostrum: si tamen Pompeiana ibi, non Caesariana trophaea creata fuere.

STVDI vobis talis nunc est, qualis antiquitus fuit, ad Pyrenaei radices imas, unde illem exiunt validi non minus quam gelidi ventorum incursus, aetate tamen temperati et saluberrimi. Hinc ~~non~~ ^{hinc} frigidior horridiorque; aetate temperatior existit. Regni Navarrae caput Metropolisque, ubi et et Episcopi sedes et Proregi, et Senatui libere diiudicandi, plebendique sentibus. Et quidem ab ipsis nacenti Religionis initij, si antiqua repetamus, Episcopus habuit ab Apolloni institutus missusque. Saturninum omnium habuit primum ab Apollonum vertice Peto Roma missum, virum et sanctissima vita et innocentia egregie clarum, nec sapientia minus. De quo illud aeternitate feretur dignissimum, hominumque memoria, Supra XL. mortalium milia intra diem septimum Christo peperisse, sacroque deinde Christiano fonte huxisse: inter eos vero Firminum cuius ortu non tam gaudet Pompalon, quam superbe gloriatur. Felicem superbiam ex magna causa et felicissima! [Homerum Celo phoeniciu civem esse dicunt suum, Chii suum vendicant, Salaminii repetunt, Smyrnaei vero suum esse confirmant: itaque etiam delubrum eius in oppido dedicaverunt: per multi alij praeterea pugnant inter se atque contendunt.] Pompalon sine lite, sine amulo natali Firmini non iam poeta mendacivendali impugnet, sed viri vere sanctissimi integerrimique gloriatur: Lig. non unum templum dedicavit grata et memor. Fuit is post Saturninum Pompalonensium Praeful sacrorum Antistes, post Ambianensi Ecclesia pra-

positus, ut et martyri donatum palma, sacra sanctorum tabulae
constantur.

Eidem olim Regi, eodem cum Aragoniis iure Navarra, Pom-
palonesque paruerit, quo ad usque ~~Sanctus~~ ^{Alphonfus I.} Imperator dictus
cognomine Bellator sine prole decessit: nam tum Navarra secessio-
ne facta, in diceisumque actu multiplici rapti, alium sibi ab Ara-
gno Regem creauere Garxiam Ranimirum Aragonium Parricium,
Montionis Dynastam. Aragoni ad Ranimirum monachum Alphon-
si fratrem omnia sub nomine Regis delulere. Mansit exinde Reg-
norum hoc disfidium nonnulla saecula, quo ad Urbem Pompalonem
Navarra tota, unde discesserat ad Aragonium Ferdinandum Catho-
licum redijt, nec abnuente Pontifice armis inuasa: Regni prius
iure spoliatae Iohanne quod schismaticus aut adhereret, aut faue-
re uideretur, nec monitus respiciet. Quamquam de Navarrorum
iure longa est nec minus difficili disceptatio, quam alij relinquimus
libentissimi. Ex eo tempore in Prouinciam redacta Hispano parer
Navarra, ac per Portuga gubernatur. Pompalon Urbis munitissima
arce, validissimeque firmata presidio insultus excipit Gallorum, egra-
gie in omnem belli fortunam comparata. Illud munimentum Hispania
habet ab ea parte contra gentem validam ardentemque, ne impune in alieno
grasentur. Nec illud in laudibus Urbis arcisque munitissima facendum
est: Propugnatores habuisse Ignatium Licolacum, virum mira vi-
ta sanctimonia, prudentiaque prone caelesti cum primis clarum: cui so-
licitatem nostram magno mortalium bono debet Orbis institutam. Is cui
fortiter grauiusque offensus Gallo diutius resistisset, aduerso tandem
bombarda globo grauius in crure sauciatus, inde spiritali militia Fir-
cimum auspiciatus, in tantum euasit ducem, quantum Orbis uterque
miratus est, cuique prope est, ut Christi vicarius triumphos poere di-
uinos statuas decernendos, cuiusque memoriam inter caelites consecran-
dam, quorum nomina sacris factus conseruant.

TARRAGENSES ARCO- bricenses Andologenses Arocoelitani. CAP. XIX.

TARRAGENSES MISERI SECUNDAM PRIVI EXPERTI FOR-
 tuna aliam, post adversam magno seosensere malo. Olim inter Foe-
 deratos Populos, immo Federatorum toto Caesaravulgano conven-
 tu soli, dari fuerunt: et vel eo laudandi veniunt nobis, quod inter tot tam-
 que multiplices Gentes, quot Convenit fieri nostro contributa, soli, quorum
 Roma fides exeret, fieri digni. Non illud beneficium acriter, quam in-
 ingentium meritorum premium Romani collocarunt unquam. Itaque dum
 alios Rom. Pop. sibi subiecit, atque vel ad stipendia cogit inciter, vel volen-
 ter ad iura et leges, Tarragenses amicos sociosque sibi fecisse satis habuit:
 ut qui ab alijs quidquid petere libuisset, acciperet; ab Tarragensibus id
 solum, quod illis daretur, haberet, et in beneficii numeraret. Sed ista
 tamen olim. Nam Tarragenses aut omnino fuerunt, aut certe obsequio
 adhuc et tenebris conspersi latent, emansuri sero. In Catalonia oppi-
 dum est FARREGA satis nobis frequenter, ab Herda Urbe, qua mili-
 taris currit via Leucis nostratibus V. qua una nonnulli erroneos
 casio fuit, qui ibi Tarragenses collocandos censuerunt: sed propter no-
 men nihil utrique commune est genti. Nam extremi ex tractu Conven-
 tes nostri Populi Herdenses fuerunt. Antonius Augustus, quo de sae-
 pe mentio inquit, eruditore vir singulari, ignotam sibi gentem esse
 plane fateatur. Ego in Vasconibus Tarragenses collocandos cum Ptolemaeo
 censo, nec Urbe Calagurri procul, nisi Ptolemaei Tabula fallunt, aut in-
 terualia mentiuntur. Sed et Gerardus Mercator vir meo quidem calculo
 in re Geographica omnium, quot quot recentiores de eare scripserunt, di-
 ligentissimus, Ptolemaeum esse nobis illustratum iuris communis esse vo-
 luit. Is vidit, quae nos ipsi; Uroque FARREGAM inter Edulium
 (seu Medulium potius) montem, et Iberum flumen non procul ab Er-
 gacia, (illam dico, quam in Vasconibus Cap. XII. collocabamus) lo-
 cat. Mihi propterea ad situm, respiciens maxime, qui Olite hodie est
 se in Navarre Regno existimaret, non longius a vero abscedere videretur.
 Sed ad alia propeveremus.

ARCOBRICENSES habe post Tarragenses, Gentem vetustam et
 quanguam Populo Romano stipendiarum prius teste Plinio, ad quae
 idemdem respiciendum nobis est tanquam ad Cyngesperam quandam in
 hoc pelago cum fluctibus et procelli validis ludaturis: postea tamen
 ad tempus P. Sexti beneficio et merito ab Imp. Nerua immunita-
 te donatam. Haec ex vetere lapide colligimus.

P. SEXTIO. P. SEX. F. DE. MUNI
CIPIO. ARCOBRICENSI OPTI
ME. MERITO. IMMUNITATE. AD
QUINQUENNTVM. OPERA. EIVS
AB. IMP. NERVA. TRAIANO. CAES.
AVG. TOTI. PATRIAE. CONCESSA
ARCOBRICENSES. IUVENES. ET. VETERES
STATVAM. IN. FORO. POSVERE

Cippus hic prope ARCOS oppidum, quod hodie infra Castellam est, sed a Regni limitibus non multum abest, descriptus dicitur. Cyriacus Anconitanus primus, quod eundem in mentem veniat, illius meminisse, a quo huiusmodi habitus, nos ab utroque, quamquam et in aliorum ore scriptis, frequenter versatur. I. Gruterus melioris litteraturae, quam religionis homo refellit inter spuria monumenta, cui Cyriacus merito est suspectus, male fidei scriptor, qui lapides sibi et marmora pro libidine finavit, aut defudit. Sed Gruterus tamen sic diggerit mutavitque: nisi verum monumentum aliud est, quod primum est, ut credamus: quod ab Schotto nostro habuisse se testatur.

P. SEXTIO. P. SEX. F. SACROB.
IGNIVM. DEAE. VESTAE. OPT.
MERITO. IMMUNITATE. AD
QUINQ. OPERA. EIVS. AB. IMP.
NERVA. TRAIANO. CAES. AVG.
TOTI. PATR. CONCESSA. ARCO
BRICEN. IUVEN. ET. VETER.
STAT. IN. FORO. POS.

Arcobrica Ant. Augustus nominat, quam ille inter Segontiam et Bilbilitanorum aquas medio ferme itinere constituit: ab Segontia M. P. XXIII. ab Aquis XVI. Itaque vix dubium esse potest ARCOS esse, et situ et nomine quam simillimis.

ANDOLOGENSES. Plinio stipendiaria gens Caesaraugu-
stani Conuentus. ANDELVM Ptolomeus in Vasconibus locat, nec
procul Urbe Pompaelone nisi error strepsit in tabulas, ut saepe alias. Ab
eo nos ANDOLOGENSES dictos existimamus. ANDOSILLA oppidum
est nunc in Navarra, a quo ANDOLOGENSES dictos sunt qui con-
tendant, viri nequaquam contemnendi, tum nominum similitudine
tum

tum site non multum repugnante. Sed hi nobis parum de site solliciti, nimium nominibus tribuisse videntur. Nam si Ptholmai ANDELVM Plinijque ANDOLOGENSES eodem esse dicamus, quod initio dicimus, fieri non potest, ut Andofilla sit, quod oppidum nimirum hodie recedit ad meridiem Pompeione urbe, cum ANDELVS orientem versus abiret, sita inter Laccam et Pompeionem. Mihi quin SANGVESA sit, viz ratio superest dubitandi, quam eodem cum ANDELO prorsus situ constitutam video. Nam Sanguessam Iturissam non esse, quod alij visum est, Cap. XVI. satis superque demonstratum est.

De AROCOELITANIS potremo hoc cap. dicendam est. Ex Plinio stipendiariam fuisse Gentem, Cesaravgustamque iuris causa convenisse didicimus: ex Barrerio Tarraconensi Hispaniae esse urbem hanc Segontia proculque indigenis NODALES dicitur: ex Ortelio nescio quo Delgado auctore prope Metimnam Zelimi existimandos esse: ex Lucita nostro ARACELIM, sive ARACAE LIM Antonini AROCOELIM esse Plinij, et Antoninum emendandum. [Forse ea regione silibatur (inquit ille) qua nunc in Navarra Regni oppidum ARACIEL inter Corellam et Pharam.] ex Orossio ARACILLVM Hispania oppidum ab Augusto captum dirutumque, quod tamen Florus ARACILLVM vocat, et idem esse cum ARACOE LI Antonini Ortelius putat: Garibaius ARACOLAM valem in Cantabria fuisse putat. Nae quam varia hominum alicuius creditione magna iudicioque sint de eadem re iudicia. [Ego sedulo hoc dixisse credo: verum ita est: quot homines, tot sententiae: seu cuiusque mos est.] Advocati testes probe et candide faciunt: scis quid inde factum sit? [incertior sum multo, quam dudum]. Et verosimilem: ideoque rem in medio statueram relinquere, aliorum retulisse opiniones satis esse ratus, ut doctus quique partium adhaerere illi, qua placeret magis. Sed dicendum tamen esse aliquid videri, nec dissimulandum: ne silentio probare omnia videamur, cum ut omnia vera sunt fieri non possit tamen.

Primum ego ARACILLVM Orssij, ARACILLVM Flori, ARACOE LIM Antonini, Plinij AROCOELITANOS pro eodem accepimus. Neque tamen sic huic adhaerere sententiae, quin facile ab ea abstrusus mihi videar, ubi firmiter alicunde coniectura appareat. Sed

nobis

nobis ea est non contemnenda, a sibi nullam apparere repugnanti-
 tiam; cum ab Augusta bellum in Cantabria viciniquae gentibus
 sit gestum, et ARRAICILLVM a Flors prope Edalium aut Medalliu
 montem collocetur: et AROCOELITANI in itinere ipse quo ab Atu-
 rica Augusta Burdigalam itur, essent constituti: At caetera ut em-
 minemus, illud constitendum est, AROCOELITANOS Pompalone
 vrbe M.P. XXIV. disitis, et quidem eo itinere quo ab Aturica Aug.
 iuga Pyrenaea petuntur. Hinc videt quam abierit abscops Zuri-
 tas, qui Araciel esse voluit, oppidum inter Pharam (nunc Alfar) et
 Correlliam, a Pompalone vrbe M.P. XLIV. aut ferme recedens, et
 ab itinere longius ~~recedens~~ ad meridiem, quam ut per illud adiri Py-
 renaeus posset. Quid mirum est ab erudito viro, et oculato non fuisse
 animaduersum. Sed festinanti nominum similitudo nebulos obfudit,
 ut ad interualla non respiceret, et locorum distantiam. Hinc etiam vi-
 des Perrary opinionem damnari, qui prope Segontiam AROCOE-
 LITANOS collocauit ad Oppidum Nodales: inquam sententiam qua
 coniecturarum momenta acrem iudicio hominem rapere potuerint, non
 video. De Arracola uacca Garibai nihil est quod dicamus aut pro
 ea aut contra eam. At mihi non assimile uero uisum est ARO-
 COELITANOS ibi locandos esse ubi nunc Stella est oppidum, aut
 prope: nam nec scelus repugnat, nec caetera, quibus aliorum sen-
 tentias improbauimus, nisi uero potius Victoria est, qua aliquantulo
 gius recedit Aturicam uersus.

TURIASONENSES

Valerius Martialis explicatus
 restitutusque

CAPVT XIX.

CELIBEROS FERREAM GENTEM MARTIAMQUE
 ad arma natam, exultantem inferro, puluereque ex media acie populi
 doctam Municipia duo Casaraugustani Conuenus TURIASO,
 BILBILISQ. armarunt, uel ituros in hostem, uel passuros in sae-
 tante

tantem. Agnosce procedentissimum Naturae ingenium mortalium
ingenij seruientem. Delicatam Gentem Aegyptiam Asiaticamque, na-
tam ad luxum et delicias unguentarias. Unguentis a Patrio solo
uiuunt, condicunt aromatis, luxuria non retinenda solum fo-
uendaque, sed et nutrienda aegendaque. Neque id solum. Natio-
nes alias, quas vel Asia seruas fecit, vel a quibus seruitutem papa-
uis etiam morbi uelut virus pestiferis corripuit corruptaque. Et
nisi Roma Asiam detricemphasset, Antiochumque decicisset non
quam in luxum [Lini iam, nosolum perfundi unguentis gauderet]
nunquam luxu magistro Romanum Imperium, ^{cladem} sciens et uolens
didicisset. [L. Plotium, L. Planci bis consulis censorisque ~~fratrem~~
fratrem praescriptum a Trium-viris, in Salernitana Lacabra ungui-
ti odore proditum] que perdidderant unguenta, seruauerunt. Serua-
runt uero? iam perdidderant. [Cui enim non merito iudicat pe-
nisse tales?] et uero ipse [piscis aequae in odoribus qui iacet morte
us est, quam qui rapitur unco]. et tamen [tanti emitur uoluptas
alienus: Etenim odorem qui gerit ipse, non sentit. Hac est materialuxus
maxime super-uacui: margaritae enim gemmaeque ad heredem tamon
transcunt, uelut prorogant tempus: unguenta illuc spirant, ac siui
moriuntur horis] immo momentis, qua momentis uiuunt. [Summa
eorum commendatio, ut transcunte foemina,] Viro-foemina [odor
inuites etiam aliud agentes.] In Celtiberia unguenta si queras
pauorem dabunt ex acie media; sudorem dabunt ex pugna media;
Sanguinem dabunt ex aduersarij iugulo, aut si hic regerit, e pecto-
re suo. Alabastro pice, quibus optime seruantur unguenta: cassi-
dem porrigent a BILBILTANO ferro, a FURIASONENSI
chalibe thoracem. Sed in uiam iterum aqua diuerteam.

IVRIASO Venerande antiquitati Municipium ante Roman-
rum aeuum nomen habuit, quod et nunc retinet, litteris quanguam
aliquantum commutatis indigenis dicta TARACONA. Urbis nunc
modice moenia Chalybs amnis (nunc Chelys) ignobilis alueo, no-
bilissimus aquis, arobili ferri temperatura, prope lambit. Plinius
audiendus tibi est: [Hac (aqua) alibi atque alibi utiliori nobilitate
cut loca gloria ferri, sicuti Bilbilim in Hispania et FURIASONEM,
Comum in Italia: cum ferraria metalla in his locis non sunt.] Id
uero Plinij aeuo: modo non uno loco prope Furiasonem ferraria
= sunt

Sunt, ad Caenum montem Urbis imminens. De origine Urbis à va-
rijs tradita sunt varia. Sunt qui ad lapetum Noëi Sobolem in Hispani-
am delatum, quatuor constitutas urbes referunt Pompalonem, Calagur-
rim, CesarAugustam, et Turiasonem. Sed hi somnia eburna misera por-
ta pro veris Historijs venditarunt. Alij Syrios et Ausonios in Iberiam
invenere, a quibus et conderebatur et appellaretur urbs, ut Syriussonias
primum, inde Turiaso diceretur, non meliore fide Scriptores. Alij de-
num non a Syrijs, sed a Thurijs Italia gentibus originem Urbis ar-
cessivisse magis placuit, a quo scilicet iure: in re parum comperta
quidquid cogitanda menti obversabatur, affirmantes, quo aut si-
militudo nominum, aut sonorum affinitas impellebat. Ita est, quem
admodum leni perflante vento solida quæ sunt, suo stant pondere, nec
moveri solent sede sua, contra levia quæ sunt pro levitatis modo ut
suntur ferunturque: sic ad has vanarum concitationum auras levis-
sima quæque ingenia concitantur, rapiunturque, viriliora, sua se
gravitate tinentur. TURIASONEM exq. urbem putamus antiquis-
simam, quod vel nomen prodit, nihil ab Romanis mutatum, sed quæ
ab acceptum ab Hispanis fuerat conservatum.

MUNICIPALIA fuisse, præter veterum scriptorum testimonia, nu-
mi persuadent, quarum nobis non paucos licuit expendere, nec unius
generis et formæ, Augusti tantum Iberique, nam Cesarum aliorum
nullum omnino videre contigit, nomisma. Incertus numus, apud ami-
cum Turiasonensem, femina cuiusdam effigiem capite tenet laureas
redimitam habet cum his literis: SILBIS. Aversus virum obsequi-
tantem protensa dextera, habitu, qui pacificatoris esse solet, teste Quinti-
liano. Cuius ea sit effigies, aut quid ea sibi velint libero, ne fateor igno-
rare, quanguam Iber. Scritas nummis alicuius esse existimavit.
Mortaniorum numus taurum habet cum ijs notis M. TR. id est MUN-
ICIPALIA TURIASO. qui Iberij est. Alius perspicue magis MUN-
TUR. facie altera Augustum radiata corona ornatum, altera Ibe-
rium habet. Exat in Collegio nostro Barcinonensi, et similis alius a-
pud notitiam illum Turiasonensem. Augusti item alius intra coronam
civicam MUN. infra eam TURIASO. Quintus Iberij intra
coronam civicam TR. VI. R. circum circa duumvirum nomina cum
ijs literis MUR. TURIASO. Sextus Augusti præter nomina duumvi-
rum: TURIASO. Septimus sedulum habet par, et spacio medio TRIA.
Sed hic eorum exempla habes.





*DIVISI SIM JURASSONENSES in veteres, et milites, ut videntur
in veterariis et veteres, quorum vocabulorum significatum abibi expendi
mus. Eorum mentio in Cippo, cuius et Morales aliqui meminere,
qui abeo mutati sunt.*

C. LIVONSO. C. F. QUI. IN
SEVIRATO. JURASSON
REM. BENE. PATR. AD MI
NISTRARAT. ET. IUR. Q.
CAECILIO. METELLO. MA
CEDON. COS. TOTAM. LA
TE. CELTIBERIAM. CIV.
DON. ROM. IV. PRAET. OP
TIME. ET. SANCTISS. TEM
PERARAT. POP. VBIQ.
NOV. INSTITUTIONIBUS
ET. PRIVILEG. REFORM. IV
RIASSON. VETERES. ET. IUR
STATVAM. IN. FORD. MI
NERVAE. OPT. CIVI. P.

*Pulcherrimus hic lapis est, et à quo multum splendoris perviatis percipitur
sit. Habes hic Seniores Jurassonenses; habes Celtiberiam totam civitate Roma*

na donatam, quam iure Prætoris C. Lic. Licinius gubernarat; habes
 Furiasone Miteruo forum, Populumque in vetores et iuniores dictum:
 Licinius hic, ut neque hæc ommissæ videamur, Furiasonenſis Patria
 Patre Romanus, Mare Celtiber fuit: id vero ex vetustis lapide colligimus.

D. M. S.

C. LIBONIO. C. LIB. F. ROMA
 VRBE. ORTO. ET. VATA. MA
 TRE. GENTE. ANTIQVA
 IBEROR. EMISSA. C. LIBON.
 SOR. FRATRI. OPT.

ET. B. M.

At mihi ut verum fatear, sabella fidei monumenta visa sunt et a quo
 piam confictas, quod postea doctis hominibus video placuisse. De hoc certe
 Libonio, siue Licinio Celtiberiæ prætoris actum inscriptoribus silentium.
 Sed nec Q. Cæcilius Metellum, qui Macedoniam dicitur, eo quod in
 Prætura Macedoniae Achaesque fregerat, Consulari imperio Hispanias ad
 ipse legere me memini: nam cum vnus Metelli consularis meminisset
 lapidis malus confarinator, ut annum notaret solum, amisso alterius
 consulis nomine præter morem Rom. in annis indicandi? At quis illud
 sibi persuadeat, istam Celtiberiam Romana Ciuitate donatam eo tempore,
 quo bellicosissima natio imperij male patienti, nec assueta iam, necdum ab
 armis absternebat, vix annis multis compressa? Et tamen eo maxime tem
 pore Ciuitatis iure donari quæquam vix indolem consuetudine erat, ne
 dum vber integras, totaque proximias in Ciuitatem vocari. Verum
 litteras illas compendio scriptas CIV. DON. ROM. referri ad Libonem
 ipsum, non ad Celtiberiam dicit: in qua ipse re non admodum repugnari.
 At necdum eo tempore Hispanos, necdum Celtiberos, talibus institutos mori
 bus ipse putarim, ut ornamenta lapidum tantifacere, et staturarum
 honoribus, eos qui de patria bene essent meriti, afficerent. Nam illud, ve
 teres et iuniores, appellanti Furiasonenſes tum, quis credat? nisi dicas con
 ditum e Romanis Municipium in ipso Celtiberici belli furuore, postea
 nouis eo deductis aut indutis gentibus, et in partem agrorum admisis,
 a prioribus posterioribusque appellationem sumtam discrimini grati.
 Quod si placeat, duo maxime videantur mira, et oppidi a Romano con
 diti, in tanto bellorum motu, nullam esse mentionem in Licio, aut alijs
 eius belli scriptoribus: et non Coloniarum sed Municipiorum iure

Donas

donationem: cum illud tamen constet Romanorum militum oppida, in qua pot
emerita stipendia, aut in laborum deducebantur premia, Colonias fecisse:
earum gentium, quaecum extera essent, beneficentia Romana digna con
sulantur, Municipia non Colonia oppida dicentur. Sed si quis tamen
mordicus monumentum fueri velit, neque illi fidem sit laboratam
rationum machinis abrogare, perire quidem potest. Certe si indubita
ta fidei Monumentum esset, magnum Iulio-Augustinus addi splendorem an
tiquitatis nullus non videt, qui nempe CXXI. ante salutem ortam an
no, et circa habent ornatifimos, quibus Celtiberia praetura conui
geret optime et sanctissimis legibus administranda, et tales etiam essent,
quorum nomen cum discrimine Veterum et iuniorum marmoribus in
scriberetur. Fuit enim Metellus hic cos. cum Ap. Claudio Pulchro an
A. V. C. DCX.

IVRISDO Cathedralis Cattedralem habet, cum ipsa poene natam re
ligionem in Hispania: Episcopi sanctissimi felicissimam, inter quos, et Gau
dium et Prudentium alium scilicet a Poeta nostro, quos male non nul
li unum esse volunt, ut cum de Poeta sermo sit, non inualida ratione
firmabimus. At Prudentius episcopus et doctrina instructus et pietate
aduersus Sabellianam haerem, et Iudeorum errores plura scripsit, qui
bus utroque in Hispania turbae agitare molientes compressit. Successit
in Episcopatu Sanctino, quem praesepit Dydimus; anno Chr. DLX
XII. mortuus anno, DLXXXVI. et auctor est M. Maximus Cesarav.
ad eos annos. Sed et Amuliani cucullati viri mira vite auste
ritate et sanctimonia, Monachique vita apud Hispanos instaura
toris natalibus gloriatur; quanquam alij meliorem iure aliunde or
tum contendunt. nam nobis ad alia maturantibus id ut expendamus
nec vacat nec libet: et de his nonnulla dabimus notationibus ad Pl.
Dextrum et M. Maximum, quos paramus.

Amoenissimi vrbis est cali solique frugum praecipua et abun
dantia et bonitate saporeque dices, pomorum maxime. Hyemem
habet subfrigida Cauro monti subiecta perpetuis nivibus albi
canti, quanquam adulta aestate liqueunt. Inde aura solis est
temperanter plaudissima. Prope crepidinem montis ades D. Virgi
ni sacra visitur, ingenti incolarum accolarumque pietate, mira
culorumque frequentia notissima, et nota Divae Virginis patrocinio
celeberrima: id appensis donarum et anathematis toto templo testis

liber. Hic ne *CANNUS* sit mons ille quem M. Val. Martialis ad
Licinianum scribens *Canum* appellat, subdubitant docti viri. Mar-
tialis Carmina ex lib. I. sic se habent.

Chauxi montis mentio
agris Licinum A. V. C.
X2.

Sterilemque *Canum* niuibus effractis sacrum
Vadaueronem montibus.

Mihi vero utrovis modo legendum poterit aut *Caunum*, aut *Canum*,
dum ne *Canum*, ut habent nonnulli codices, constare satis sententia
visa est: nam si *Canum* legas, referre ad Vadaueronem sententiam
possis, qui niuibus *canus* dicatur, tunc non iniucundo, quamquam
audaculo. Sed ego tamen locum non indifficilem, quem ~~canus~~
interpretum varianter coniectura difficiliorum reddiderat sic legendum
emendandumque puto nouissimas, imo primas.

Sterilemque *Caunum* niuibus, et fractis acrem

Vadaueronem montibus.

Nam quid sibi velit

Vadauero montibus effractis sacer, ego non video. Et hic videre est in
interpretum violentas insertas diuinationes, explicatioesque confusas,
ex ingenio suo, saepe male cohaerentes, sustentatasque a gerrime. Andes
sacrum dicas quod ab alijs intercessus adiri non possit facile, tanquam
in sauaris appropriatis mysteriis? Scio non defuisse, qui ita haec expli-
canda censeret. Sed ignoret Martialis ingenium geniumque, qui quicquid
haec velit. Abuti hoc uocabus esset sine iudicio, quod a cultissimo ac ni-
tidissimo Poeta longe abest. At si acrem legas constat sententia et fa-
cile sensus elicitur. Neque hic solum est uocabulo Poeta usus eo signifi-
cari: acidi Municipis alloquentem suos.

Municipes, Augusta mihi quos *Bilbilis* acri

Monte creat, rapidis quos Salo cingit aquis.

Hi acri omnino pro agri, ut in vulgatis extabat, ex *Lurita* optima
coniectura reponendum. nam et

———— acutis

Pendentem *sepulis* — Paulinus *Bilbilim* appellauit.

MAET FURIASO prope moenia *Secesum* longe patentissimum
multa *Populo*, ut moque frequentissima constum: ad XII. millia passuum
occurrere dicuntur nemora *Nauairam* versus. Sed illud nobilissimum,
quod *Rudiana* appellant: incolis leuiter deflexis litterulis *Rudiana*
dicitur: uerissimum aui opus, et *Lucus Dianae* quondam sacer, si que
incolis fides. Sed mihi tamen recentior res haec nos a multis saeculis est

visa

vifas. Dextram lambit Calybs fluvius placide permeans: inde modica palus, in qua et semba innatat hospitem oblectamentis: sed et fons proxime scaturiens, fonsque derivatus ab amne in paludem infleuit, ut nec stagnet nec arcat. Proxima quibus aedes inter ambitiosas Populos uterque comatas, quibus haecenus ferrum pepercerat, exsurgunt, in quibus et signa et tabulae et alia quae sunt oblectamentum. Excipit aedes longissimus arborum ordo, duplici serie, sed directa ad lineam. Annosa hic arbores altissimaque solum in umbrant, solique aditus praecedunt. Nulla ibi aestas, nulla siccitas: sed molli aura inter cedentibus frondibus, viculis perstridentibus, multiplici modulatione lascivientibus auiulis. Ramorum incurvantur summa, quae uterque procurrat arborum ordo, invicemque occurrunt complexanturque, ut distentum velum representent. Cum igitur alibi ardens omnia diebus aestu feruentissimo, ibi refrigerans tantum aura sentitur, et suavis umbra captatur. Nihil me vidisse memini Regia et opulentissima dignius civitate.

BILBILITANI

Val. Martialis sibi restitutus, illustratus, laudatus, explicatusque.

CAPVT XX.

BILBILITANOS NESCIQVO FATO, FORTUNAVE ADVERSA aut omisit vltens Plinius, aut immemor inuitaque praetermisit in Caesaraugustano Conuentu: nam in illum conuenisse certius est, quae ut firmari sit opus. Atqui populorum aliorum ne nomen prodidit, cumque Caesaraugustam Populos duos et quinquaginta recipere sit testatus, duos tamen et triginta tantum exumerat. In illis ergo et BILBILIS intercepta est: et quae dignissima fama erat oreque mortaliu, meritis suis aut spoliata maligne est, aut priuata per iniuriam. Nam et Plinij auctore fuisse nobilem, ferrique claruisse constat gloria. Nos sine piaculo omisit non potimus Municipium vetustissimum
 omni

omniguae memoria celeberrimum. De eo igitur a nobis haec pauca postea
 hos vel ab alijs habe. Vetusitate Romanorum in Hispania cum trans
 gressam nomen confirmat, Ibericum, non Romanam. Neque ulla mihi
 firmior coniectura ad asserendas eas vrbes, quae ante Romanorum
 aduentum in Hispania fuisse conditas, quam vel nomen a Romanis ac
 ceptum, cum antea alio fuisse compellatur comitet; vel certe nomen ipsu
 Hispanicum etiam num durans. Itaque et Orcam, et Turiaonem et
 Bilbilim, antiquissimas ipse puto, nec quodquam habuisse earum con
 ditores cum Romanis commercij censeo. Vrbis est in media Celtiberia
 constituta, Bilbis apud Ptolemaeo dicta nobis mendo, quod alij obseruatum
 ante me. Claram Augusti aeo fuisse numi testantur complures.
 Nos in ea vrbe cum essemus, duos a Ioanne Auita nostro, quem
 ante duos annos extinctum luximus, viro erudito et amico dono acce
 pimus. Alter Augustum habet Iuuenem, qualem proorsus Orbis terra
 rum accepit Imperium: Acuria facie obsequitatem quendam, aut po
 tius equum equitemque habitum in cursum effusum. Cuius generis plu
 res vidimus alios numeros apud alios. Quomodo non prudenter satis fe
 esse visi sunt, viri quauquam aliqui doctissimi, qui in eo Carmine
 ex Lib. I. Epig. L. de Hispania loci.

Videbis atam Liciniare Bilbilim


Equis et armis nobilem. pro equis, aquis, postea
 re. Nam ego nihil esse proorsus immutandum censei semper, et Valeni
 am sibi relinquendum. At recte, inquit, Lurita castigat, qui pra
 luxit alijs facem. Bilbilim aquis nobilem sumus cursibus temperandi ap
 tissimis; equis claram quis unquam hactenus aut voluit aut somni
 auit? Haec vna Criticorum ratio. Ego vero eruditissimum Lurita
 si me magni facere negauerim, mentiar liberaliter: sed ut in hac re sen
 tentiam illius probem, adduci nunquam poterit. Ac primum Celtiberi
 am totam equis abundasse, vel Strabo docere potest vnus, cuius Cel
 tiberi equi laudem meruere siue agilitate, siue currendi dexteri
 tate. Habe eius verba ex 11. Geog. Lib. [Cumque Celtiberorum equi
 subacti sint, si in exteriorem transducantur Hispaniam, colorem permuta
 rant; sunt autem Parthicorum similes: nam et agilitate et currendi dex
 teritate reliquos ante-eunt.] Ergo ne Bilbilim vniam in media sitam
 Celtiberia ea gloria spoliabit, quam tota meretur Prouincia? immerito.
 Parum fuisse ense galeaque Romanum armasse, nisi etiam equo, qui
 et agi

et agilitate et currendi dextoritate Hispanorum reliquos vinceret, domesset. ut non minus nobilitati aequi quam gramini; non minus gloria equi quam armis diceretur. At, dices, aequi nobilitati Patriam sapiens Marcus predicavit; equi hic solum: nec illi videtur semel eam gloriam daturus, si vere et merito dare potuisset. At haec quam sit infirma ratio qui non videt? Iniquus vero Martialis, qui semel Bilibitanam suam equorum laude celebravit, iniquior futurus, si ne semel fecisset. Tu vero, qui quis abijisti in aliam sententiam, iniuricus es, qui ne semel a Marco Bilibitanorum equorum fieri mentionem patiare: et unum qui superest eius rei Poeta testimonium expungendum censueris sine causa, infirmis simaque coniecturas. Accedit paucos omnes numos, qui magno numero in Celtiberia effusi, serinia parte bibliothecarum implent, praeter unum aut alterum, equitem equumque eo profusis modo, qui in Bilibitanis visitur, capros sipes: ut vix mihi dubium esse possit Celtiberorum veteri insigni equum fuisse equitemque, tanquam rei et ad bellum necessariae maxime, et auctus Provinciae feracissima fecit. Symbolo Celtiberi uti voluerunt, bellica laudis appellationis primi, nec minus gloria armorum claris. Quod si Puniorum Characterum insipientia, sermoneque barbaries paullo fuisset nobis notior, multarum credo Urbium nomina in eorum numis legeremus, cum earum fama. Certe se gotrigenses Celtiberia caput, Orensas, Bilibitanis, Segobrienses aliisque eodem uti insigni currentis armati equitis: neque in alterius Urbis numis simile me quidquam vidisse memini, praeterquam in illis quae nomen antiquum Hispanum scilicet hodieque conservant: ut cum nomines mores inde esse Romanos cetera viderantur, excipere Iberos. Quamquam praeter nonnullam auctoritatem nulla omnino est ratio quae affirmare cogat eos numos Punicos esse, non Iberos: et potius conducit animus ut eas litteras Hispanicas esse, uti et nomismata pronunciem. Nisi vero velis nullum omnino Hispanum cum litteris habuisse commercium, ut non modo alieni a Romano et Graeco more essent omnino, sed extreme etiam barbari, ut ne veteres duellumque litterarum viderent. Quae sententia apud exteros, maxime Italos, invaluit homines scilicet Hispanicae aemulos felicitatis et famae. Sed horum sentiendi modum non a ratione et aequitate, sed a prava iudicii conceptione, malignitateque profectum Strabo diligens et gravis scriptor damnat reijcitque. [Hi] Furdali [inter Hispania Populos sapientia putantur excellere, et litterarum studiis utuntur, et memoranda veritatis volumina habent, poemata, leges quoque versibus conscriptas, a sex annorum mil

libris, et aiunt. Caeteri etiam Hispani usum habent litterarum, non uno
quidem genere: neque una illis lingua est.] lib. Geog. III. Quod de sex
annorum millibus dicitur fessum esse constat: sed illud tamen euincit an-
tiquissimum in Hispania litterarum fuisse usum: neque Iudaei solum
sed caeteri Hispanorum communem.

LITTERARVM usu semel apud Hispanos stabilitam sicut apud eos na-
to, sicut ab ijs nationibus inducto, quas fama est ante Poenorum ar-
ma delatas in Hispanias, ibi consistisse; fieri videtur perspicue. Non mi-
ta illa, qua Punica existimantur, non Punica sed Hispana censeri de-
bere. Certe cum characterum Punicorum formas profus interuiderit,
uti et Ibericorum cum Carthaginensibus nominata potius, quam Hispani-
cis tribuamus pari utrinque incertitudine, ipse non video. At contra pro
Hispani duofaciunt; alterum equitum effigies decurrenti etiam in ijs Ur-
bibus pro insigni numerorum conseruata, qua prisca Hispanum nomen
dum retinere, et litterarum tantum mutasse duces Romanorum auro,
non etiam gentis insignia uideantur: alterum in hisce nominatibus tan-
tam esse characterum uarietatem ac dissimilitudinem in alijs alijsque;
et non minime ea coniectura uideantur firmari, quae de Hispani Stra-
bo prodiderat, neque uno genere characteras, neque unam fuisse linguam
caeteri Hispanorum. De quibus omnibus ut integra iudicij libertate conse-
re quicumque possit, Punicorum aut Hispanorum potius numerorum non
nullos addidimus, diligenter a nobis expressos.





HEC Celliberorum equorum occasione sunt dicta: ex quibus perspicuum fit nequaquam ea gloria Bilbilitanos spectandos, quibus hodieque in urbis insignibus Equi et eo prorsus modo quo in vetustis numismatibus. Itaque ad Martialem ut tandem redeat oratio. Aseruimus credo veterem scripturam, et bonum auctorem nitro suo restitimus. habe nunc alia.

FERRI temperatura nobilem non vnus scriptorum nominat: Plinii testimonium superiore cap. habet in Iuriaspensiibus. Sed alieni testibus non est opus in rem notissimam, vnus Martialis audiendus.

Lacus BILBILIN optimam metallo,

Qua vincit Chalybasque, Morioque, appellans: alibi quoque Auro BILBILIS et Superba FERRO, dicta eidem Patria est: Cui eam gloriam SALO modicus aliqui annis peperit Urbem praterlapsus, imo quasi in munimentum cingens. Ad Licinian.

Septidum natabis Lene Congedi vadum,

Molterque Nympharum Lacus;

Quibus remissum corpus adstringas breui

SALONE, qui ferrum gelat.

Quo loci dabis

Lector veniam, si optimo Nati Lucii aliquid adulerimus: inquam non nimis a multis multa dicta sunt, nec tamen mihi percepisse satis Postum vixi sunt. Ne de priore carmine quod alij addam, nihil occurrit, sed Molter Nympharum Lacus ad Bilbilitanas Aquas calidas ea aetate

et haec

ut hac etiam nostra celeberrimas, et inueterati morbi omnino depelli
 di aptissimas, referendas esse contendo. Nunc Alhama voce Arabica;
 qua calida aqua significantur, appellatur oppidum, in quo calidissimè
 feruent. Ad Baiarum ergo delicias Licinianum inuitat Valeri
 us, et ad suffrigidas Salonis aquas, quibus balneo remissum corpus
 adstringatur. Quam explicationem et illud confirmat luculentè, quod
 eos Lacus molles appellauit, non quod aquis proprium sei ut molles
 sint, aut quod Lacus illi non rapidi, ut amnes, sed molliter stagnan
 tes: id enim nisi aliunde remittendi corpora aquis inest virtus, adre
 mittendum parum efficax est. Molles itaque appellauit quia effoemi
 natorem mollities fouere solent balnea baiarum: et ut frigida con
 stringit, ita calida soluit corpus. Accedit loci commoditas. Aqua enim
 Bilbilitanorum ad Lacum Salonis ripam constituta sunt, oppidum
 que Alhama poene lambit amnis, ut exuerat calido balneo nullus
 interposita mora frigida Salonis exiperet: breuèque respiciet artus
 calore solatur. Nunc iterum ad Salonis aquas: quem mirum est
 a Iustino Bilbilim appellari Lib. XLIV. confundique ab eo Nomina Ur
 bis et amnis. Sed illa tamen Iustini in hanc rem faciunt [Nullum
 apud eos telum probatur, quod non aut Bilbili flumine, aut Chalibe
 tingitur] nec habuit Martialis unde melius Pugionem commendaret.

Pugio, quem ~~Lucius~~ signat breui orbita venis,

Stridentem gelidii hunc Salo finxit aquis.

Desque nonnunquam rigidum appellauit. Ortus ad Metimnam Ze
 limi Castella urbem, Bilbilim relictis alueo petit; inde Epitam delatus
 ad Alagoniam in Herum immergitur, flauiorum Regi nomen fluctus
 que tanquam fasces submissurus. Eius nunc aqua non tam ferrote
 perando (nam amissa ea prorsus gloria est, aut hominum incuria
 aut iniuria etati elementi virtute commutata) quam aruis cam
 pi que fecundandis: ut Bilbilitanus ager Salone rigatur ad fasti
 dium usque nec frumenti nec vini copias, nec rerum aliarum
 affluentias ulli Hispania urbi cedat facile. Quod si ad mala omnis
 generis respicias, superabit omnes tum sapore tum suauitate quada
 odoris ingenita pomorum. Ingers inde urbi et vicinis gentibus nego
 tiano; unde in principes Hispania urbes Casaraugustam, Valentiam
 Malitum vix fidem habitura copias decuehantur poma toto anno
 seruanda in apparatus mensarum: ut nonsecus adulta hyeme men


Sae arborum foetibus onustas videas, quam autumno alibi. Unam
 hanc naturam agro Bilibitano invidi aut negavit, caetera mitissime,
 aut neglexere mortales aliunde proventus quaesituri maiores. Itaque
 Palladem exclusere paciferam admisere tantum bellacam, et armaue-
 runt ferro suo. Cingitur a septentrionibus Bilibili perpetuis ci-
 gis montium, quibus aquilones arceantur: at ea in ipso, qua se col-
 lis clementer attollit, clivo constituta, sub radices protenditur ad usq.
 planitiem, qua Salore fluvio cohibetur. Itaque Urbs ipsa et monti-
 bus et amne inclusa cum ad munimentum bello, tum ad oblecta-
 mentum et salubritatem pace est bene satis comparata. Urbi Salo
 gemini lapidei pontibus coniungitur.

BILIBILIM Calatayud non esse diu vivorum gravium consen-
 sui stabilitum: sed qua alij auditu firmavere, nos testes oculati con-
 firmabimus. ad vixna passuum millia ab Urbe Calatayud orienti
 versus mons est modicus, sed asper tamen et confragosus, ut adiri nisi dif-
 ficile et cum labore non possit. Monticulum Salo cingit, ut qui ex
 vertice flexus fluminis contempletur, eque solentem se vidisse existimare
 possit, cuius partem mediam collis occupat acris asperque. In eomonte
 hodieque veritatis visuntur monumenta non contemnenda: Moeni-
 cum vestigia, aut certe magni cuiusdam edificij: Aquarum receptacula
 plura, non vix exissa lapides, ut alibi forte, in ipsa rupe, qua idonea
 ei operi ferendo aquisque servandis non erat, sed arte mira fabricata
 calce calculisque permixti opere conamurato; ea firmitate tamen, ut
 post sexdecim aut certe plura saecula integerrima visantur, et soli et
 imbribus, aliisque aetati iniurijs obiecta perhiterint contra, nec la-
 besaltari potuerint. In eo monte qua Urbi veteris vestigia visuntur
 plurima aut effosa aut inuenta passim prisca aetati testimonia. No-
 mimata aerea argenteaque, anulares gemmae, sigillata; Vasorum
 fragmenta, qualia fuisse Saguntina existimamus, laterumque Arti-
 ficis inscripto nomine, aut alterius. Nouissime aereus pollex dex-
 tri pedis ex Statua quapiam hominis mensura iustas, et notabilis fa-
 tuarq; ut symmetriam consideranti videntur. Is dono ab repertore datus
 Illustris Guimeranis Comiti in Propuaris servatus. Itaque talis
 omnino locus ille est, quam Valerius Bilibili sua assignat: nam
 et acris monte creatus Municipis suos, Bilibilimque rapidis circum la-
 tonis aquis festatus est. Et quia in ipso vertice monti constituta elo-
 gan

gentissime Pondula non ab eo solum, sed et a Paulino acutis pen-
 vers scopulis dicta est. Accedit monti quod etiam num nomen per-
 seuerat indigenis Bambola dicto, in quo Bilbilis vestigia quae non ag-
 noscat, caecum videatur. Sed et quod dubitationem omnem eximat nu-
 mi magno numero, ibidem descripti, in quibus Bilbilis nomen videtur.



6



Vasculi fragmentum est ex
 interiore fundo, qualia fuisse
 Saguntina existimamus: ex-
 stat apud Vrbis: Comitum Sa-
 meranum.

BILBILIM Augustam cognomen dictam vobis ex Martiale; nunc etiam
 vides in numis. Vides et Municipiam fuisse tum ex eodem Poeta tum ex nu-
 mis eisdem, id enim sibi nota constat eam restam *M*. *quibus* qua litte-
 ra



nae tres priores eius vocabuli colligantur MVN. Italicam etiam diclam ex
 tertio nominis parte planum est. Num vero Italica dicta fuerit quod se
 dio et prosperione Italis faueret, quod vir doctus in Dialogis insinuat,
 an quod iure esset Italicus, non adeo res est magni momenti; nihil posse
 rius hoc certius sedet. Bilibitanos ergo Italicos donatos iure consemus:
 quo tempore eo beneficio affecti, non definimus, cum cuius illas effigi
 es neque ex nemo, neque aliunde conset. Quae vero res hoc Italicum
 esset alibi expendemus.

Porro inter Duum viros habes L. Cornelium Caldum, L. Sempro
 nium Rubrum: G. Cornelium Resectum, M. Helcium Frontonem, id
 enim sibi velle compendium illud HEL. pub, in quo quatuor priores
 illius vocabuli litteras agnosco. M. Sempronium Ibericum, L. Li
 cinium Narum: nisi vero Licinianus est. Nam et Licinianam gentem
 Celtibericam esse multa persuadent, Martialis Licinianas, et Cepas
 vaugustani non nulli et duumviri et Episcopi, ut suo loco notabimus.
 An ab ea Gente originem ducant Liciniae et praecipua Bilibitana
 nobilitate dubius haesi saepe: dicebat, ut affirmarem, tum Licinianum
 antiquitas in eo scto, acutaeque maiorum imagines, gestis rebus illustri
 um, tum nominum quaedam affinitas, in istis rebus non magnitudinem
 momenti, sed nec omnino negligenda. Abducunt tamen tenebrae aliunde
 et mera nox. Haec rem hanc in medio relinquimus alij: seria et
 curiositas per otium expendendam. Satis interea fuerit ornatisime fa
 miliae viri praecipue, digitoque fontem monstrasse, quaerent sibi illi
 aliunde subsidium ad genus suum in Romanam aetatem gentemque
 reuocandum.

AVOCABANT Oicenses a Bilibitanis. sed aurem tamen M. Val.
 Martialis vellicat, nec inuicem tenet, in cuius amorem docti omnes, aetate
 omnes, gentes omnes coniuuauerunt: cui applausere theatra, asurrexere
 iustellio, acclamauit tota Romana concio: fauere Musae Musarumque
 ductor Phoebus, a quoque Pegasus propinarunt non iam guttatum de
 gustandas, sed pleno aluo totaque sinu excipiendas: Arrisere Charites, ei
 que Leporum omnium chorum ductandum permisere. Audicuit reu
 fantem Roma obstruxitque, vata Musas sedes suas commutasse, et re
 licis Parnaso Liberisque in septem colles commigrasse. Audiuere Qui
 vites, gauisi aurea Augusti tempora restituta. Legit Orbi vniuersus
 rediuiusque Poetas veteres se est legere arbitratus. Nemo profecto in

Marco.

Mario sonantem Maronem, Flaccum mordentem, Ledentem Catullum,
nemo Nasoni floridam copiam. Statij Varietatem diuitem, Propertij ni-
lorem candidum desideravit; nemo Provincias totas Graciam Latiumque
quaesierit. Acidi tu illum, nam nihil supra verum.

Laudat amat cantus nostros mea Roma Libellus,

Moque sinus omnis, me manus omnis habet. *Pergit:*

Sed toto legor orbe frequens, et dicitur HIC EST:

Quodque cinis paucis, hoc mihi vita dedit. *Item:*

Sed meus in Geticis ad Martia signa pruinis

Arigido sentitur centurione Liber.

Dicitur et nostras cantare Britannia versus. *Et nisi*

haec satis sunt, accipe plura, nec inferiora aut minora.

Hic est, quem legis, ille, quem requiris

Toto notus in Orbe Martialis,

Argutus Epigrammaton Libellus.

Cui Lector studiose quod dedit.

Viventi decus atque sententi,

Rari post cineres habent Poetas.

Magnam eam laudem, immo unicam vivendi gloriam quis negavit?

Nam et Ennius est Lectus salus tibi Roma Maro,

Et sua referunt saecula Moeoniden.

Rara coronato plausere theatra Menandro,

Novat Nasonem sola Corinna suum.

Ea labor omnis etatis est, displicuisse currem: ea gloria, Plauispe
cum abiit. Id mortaliu malum, Invidia non sustulit, nisi etiam
vita: in nemine non fugisse genuinum nisi in ijs, qui extra mortali-
ta aleam conluti inter plures consentur. Vnus Valerius cuius le-
gis immunitatem consequitur, ut vivens legeretur cantaretur ama-
retur.

At Bilbilitanum fuisse Valerium qui revocaret in dubium ne
quaquam defuit: ita nullum mendacium sine teste est. Nam quid si
bi illa vultur?

Illinc te nota teller, et citatus

Atam Bilbilim et tuum Salonem

Quinto forsitan Epodo videbis. Cur vero Tuum? non
ne quia etiam meum? non alia patria est librorum, scriptorum

alias

alia. Cuid sibi illas?

Te Liuiare gloriabiliter nosbas,
Nec me tacebit Bithalis. Postquam Poetivum ali
oram Patrias nominasset. Cuid istas?

Ne multos repetitas post Decembres

Acceptis mea, rusticumque fecit,

Auro Bithalis et superba ferros? Et haec?

Auriferumque Sagum sitam Patriumque Salonem

Et repetam satura sordida rura capos.

Ille vero quis non legit, cui lecta desuper?

Municipes Augusta mihi quot Bithalis acri

Monte creat, rapidis quot salo cingit aquis,

Ecquid late iuvat vestri res gloria vatis?

Nam decus et nomen famaque vestra sumus.

Nec sua plus debet tenui (tenere forte melius) Verona Catullo,

Neque velit dici non minus illa suum.

Parentes Fronto, atque Flaccillas, quod legantur sicuturque Martia
li debent, nos ut Bithalitanos esse sciamus.

Auriferi de gente Sagi, letrique Salonis

Dat patrias manes que mihi terra potere.

Jam et Uxorem Bithali etiam natam habuit, Marcellam; sed comitate
singulari, urbanitateque nihil e regionis conuulsi retinente, ut in
media Romana luce natam iuraret. Moribus femina suavisissima,
et cum ipsis matronis Romanis seruo comparanda fuit; et que una quae
fecit ut Valerius ipse redire in Patriam, etiam inter rutiliginosos licet
terque Municipum suorum mores morisque, Romanam Urbanitatem,
et amicorum concilium non desiderarit.

Municipem rigidi quis te Marcella Salonis,

Et genitum nostris quis putet esse locis?

Tam rarum tam dulce sapis: Palladia dicent,

Audierint sive nec semel, esse suam.

Nulla nec in media certavit nata Subura,

Nec capitolini collei alumna tibi.

Tu desiderium Domina mihi mitius vrbis.

Esse iubes: Romam tu mihi sola facis.

Nam Scaligeram, qui Romanam vrbem, nescio quid impulit meam sententiam?

tiam, cum Hispanam fuisse Bilbilis natam perspicue Martialis pro-
bat.

LICINIANDI acter Bilbilis honor decusque, poetarum et ipse
in numero censendus non vulgarium.

Se Liciniare gloriabitur nobis

Nec me tacabit Bilbilis.

Ita est profecto: ego glo-
riatur nobile Municipium: sed gloriatur tantum nomine, quod scriptis
caret vita dignissimis. Illud magni ingenij fatum sapere, conspicienda
tate: et cum multa pepererint, quae mercantur lucem, pro die noctem
aeternam, tenebrasque Aegyptiae adipisci. Sunt qui Licinianum hunc
Tarraconensem faciunt, aut certe Salatanum, ex eo carmine:

Aprica repetens Tarraconis littoras,

Quamque Salataniam.

Sed leuis haec coniectura
est: suam Salataniam intellige potius, quam amas, et indelicti habes
aut simile quidpiam. Hunc ego Licinianum Caesar Augusta urbe ori-
undum non sine probabili coniectura crediderim. Nam Licinianorum fa-
miliam claram cum primis nobilemque fuisse Caesar Augusta nomi-
mata persuadent, et dudum dicebamus, et alicubi ex professo demonstra-
vimus.

MANIVM quendam Coniucem esse suum Martialis subindicat:

Ducit ad auriferas quod me Salo Celtiber oras,

Pendula quod Patria trisere lecta libet;

Su mihi simplicibus Mani dilectus ab annis,

Et protextata iunctus amicitia,

Su facis, in terris quo non est alter Iberis

Dulcior, et vero dignus amore magis.

Secum ego vel sicci Gelula mapalia Poeni,

Et pteram Scythicas hoc per amare cagas.

Si tibi mens eadem, si nostri muta cura est,

In quo quemque loco Roma duobus erit.

SED maxima Bilbilis gloria, qua meritisima triumphat Reli-
gionis est: amplexos enim Christum, et Christi legem Bilbilitanos Ce-
90 anno Christi XCIV. apud Fl. deaurum. Hinc religio est saeculis
dulla Enneconam habuit Bilbilis Abbatem Ommiensem, Monachum
Canobij S. Ioannis ad Dupem, quod monasterium in Aragonia est
in montibus ipsi Pyrenaeis et antiquitate et religione, et Regum
Suevis

bustis celeberrimum. At Enneco Vir fuit dum in humanis ageret mi-
ra vite sanctimonia et Pietate incultus, Regibusque apprime charus:
Mortuus in Beatrum numerum relatus. Sed longum facimus di-
que nos moratur Sibi: debemus id nampe muneri nobili Muni-
cipio, cui et vite partem non minimam olim instituenda civitati
sacrauimus. Iam ad Oscenses transeamus.

OSCENSES. VESCITANI

Nergetarum pars: Osca duplex: ab
Sertorio Gymnasium institutum.

CAPVT XXI.

OSCENSES VESCITANI A PLINIO COGNOMINATI: QUAN-
quam sunt qui Vescitanos malunt. et Plinium emendandum contendunt.
OSCA Vrbs ab Ptolemao in Nergetibus posita est, in quo cum nulla Ve-
scitanorum mentio sit, neque in alio vlllo, quod egiudem sciam, ex ve-
teribus, praeter Plinium, Vescitanos Nergetarum fuisse partem puto: ut
Celtiberorum Edetanos. Oscam Iscam aliquando dictam vnde si siper
suadere potuerit non nemo, nondum coniectura assequi potui. Sed et Osca
et Osci (a quibus Oscaeni) Italia populi satis noti sunt vel nudo no-
mine. Oscam aliam Plinius idem in Baetica locat, itaque Ptole-
maeus, quam eam esse nonnulli affirmant, qua hodieque exstat, et
immutata parum appellatione Huescar dicitur. Nostra haec in Ci-
teriore Hispania hodie Huesca est, sequitur etiam Citerioris aut detortis
aut mutari. Hinc non nullis occasio ad excitandas litteras vbi nulla
haecenus exstiterant, sed plana omnia et plene perspicua: Vtra saltem
illarum Sertorij caede et Schola nobilit olim fuerit. Nam Plutarchum
Val. Patroculam et Strabonem indistincte loqui existimant, neque ex eoru-
scriptis quid pram esse subsidij ad dirimendam conuocessim. Plutarchus
in Sertorio. [Praecipue cepit eos (Sertor) puerorum disciplinas: nam
ex parentibus sibi gentibus nobilissimos OSCAM AMPLAM VRBEM con-
trauit. Iis doctores praefecit litterarum Graecarum et Latinarum. Ita
illos

illos reueras offides habebat, verbo exultabat; ostendens ubi creuissent Ciuitate
 te Romana eos donaturum esse, atque ad honores prouecturum. Quorum
 genitores detectabantur, quod filios conspicerent protentans, decore ad ludum
 litterarium commeantans: pendente pro his salarium Sertorium, crebro
 sumentem specimen, pramiisque manibus tribuentem et aureas bullas donan-
 tem] Val. Patruclus cum de obitu Sertory ageret, haec habet: [Tum
 M. Perenna Praetorius e proscriptis, generis clarioris quam animi, Ser-
 torium inter cenam OSCAE, (male Aetocae) interemit: Romanisque
 certam victoriam, partibus suis exidiam, sibi turpissimam mortem postu-
 mo auctorauit facinoros.] habentur haec Lib. II. Strabo uero sic loquitur
 ut alibi potius quam OSCAE obisse Sertorium dicat: Lib. III. [Haec] Itae
 cetana gens] a Pyraeae radicibus inchoans in campos usque latius exten-
 ditur, et Herdae, atque Iberoae Hergetarum locis adiungitur non pro-
 cul ab Ibero: quibus in oppidis Sertorius pugnas gessit extremas, et
 in Vasorum Urbe Calagurri, et maritima Tarracolis, et Hamerisco
 pio, cum e Celtiberis fuisset eiectus, ubi aduersa captus ualitudine diem su-
 um obiit.] Ex quibus nulla omnino Serti firma duci posse ratio uidetur mal-
 terubiam partem, definitiue ultra Urbium et Sertory ~~in~~ Gymnasio, et ce-
 re ualida existimanda sit. Imo quae de utraque re leguntur, gesta esse, non
 in Urbe Citerioris Osa, sed in ea, quae in Baetica conseruitur, ex eo sibi satis
 uidentur stabilire, quod nullum unquam ab Sertorio bellum in Citerio-
 re gestum conset, aut certe cis Iberum amnem, quo nunquam ualuit
 illius arma perstrasse: cum Plutarchus belli motem Sertoriani Ultorio
 ni incubuisse plana subindicat: [Sertorius autem omnibus trans Iberum
 amnem ad eum conuurrentibus multitudinibus quidem abundabat.] Rur-
 sus: [Haec tanta copiarum tenuitate non solum gentes magnas et multas
 urbes subegit; sed et misit contra eum Romanos Duces, Cottam quide-
 apud Mellariam nauali praelio superauit; Aufidium, qui Baeticam ei
 imperio obtinebat, fudit fugauitque, cassis duobus millibus Romanorum.]
 At mihi qui in hanc sententiam abiere, qui et pauci sunt, et ^{non} ~~non~~
 magni ^{nomine} homines, aut non uidisse, aut uidere certe uidisse quos
 debuissent perspicere, uisifunt. Ac ut ab ijs quae potiori loco sunt obiecta
 ordiamur, Sertoriani scilicet belli motem Ultorio incubuisse, non ita acci-
 piendum est, ut non et frequentius, in Citeriore arma Sertory uisifunt,
 et multo plures de hostibus uictorias reportarit. Nam quod aiunt nullum
 unquam ab Sertorio bellum in Citeriore fuisse gestum aut certe cis
 Iberum

Iberum amnem, neque id ab aliquo scriptorum alicubi proditum, nec tantia et in veterum scriptis eculuendis reprehensione non indigna. Vide num hac de Citeriore accipienda sint. Strabo Lib. LII. [Ceterorum etiam urbes extant Segobriga et Bilbilis, circa quas Sertorius et Metellus praelium commiserunt.] Saguntus vero et Lauron urbes nonne etiam in Citeriore? at [in campis Saguntinis cum ad extremas angustias redegeret hostes, signa conferre cum eis praedatum et frumentatum proficiscentibus, coactus est.] Quia prodita a Plutarcho sunt. Et Lauronem ab Sertorio obsessam captamque et incensam inspectante, nec prohibere valente Pompeio, Plutarchus idem est auctor: et sublati per domesticas fraudes Sertorio, [in Romanam fidem venerunt urbes Osca, Ferme, Julia, Valentia, Auxima, et infame nihil non experta Calagurris,] ut Florus scribit. Vides lector non solum in Citeriore Sertorii arma, sed et civitates nec paucas illius urbes eius fidei fuisse deditas. Addamus et illa ex Plutarcho: Pompeium a Sertorio prope Sacronem amnem, qui totus ad Citeriorem pertinebat fugum fuisse et tantum non delatum: ubi et vulgatum Sertorii pugnam Metello superueniente detrectantis dictum. [Hunc ego puerum nisi anus illa superuenisset verberibus castigatum Romam remissem.] Iam sapiens etiam cis Iberum arma circumtulisse Sertorium vel illud argumentum est, quod ab Strabone proditum [Ad Aquitania et Hispania confinia Iacetani sunt, in quibus ea tempestate Sertorius cum Pompeio belligerabat.] Iacetani ne cis an ultra Iberum sibi? Rursus [Haec] Iacetana gens [a Pyrenes radicibus inchoans in campos usque Latius extenditur, et Nerda, atque Ilerca (lege, atque Osca) Ilergetarum sociis adiungitur non procul ab Ibero: quibus in oppidis Sertorius pugnas gessit extremas, et in Vasconum urbe Calagurri, et maritima Tarracensis et Hemerocopia, cui e Celtiberis fuisset cinctus.] Excurrendum nobis, lector, fuit, quo scitantia non nullorum abduxit, ne rem aut ignorasse aut neglexisse videremur; aut ubi nobilissima vetustissimaeque eam invidisse gloriam. Osca ergo Ilergetarum sum, nunc Aragonia urbs et primo totius Hispania Gymnasio illustis, et eade Sertorii nobilitas veneranda antiquitate: in qua et Hispanici cives indole nobiles ingenioque in illa saeculi caligine clari potest.

Sertorianam militationem ante eam ante septimum saeculum



Sertorianam institutionem pars cassis, pars scilicet corona vesunda
 si Sertorij iram recenti clade et Celsibororum defectione exstimulatam fuisse
 experti.

Sed antiquiora nos vocant. In veteris numismatibus V. V. OSCA.
 id est, ut exaditissimae Ant. Augustinae voluit, et numi perspicue
 perspicue VRBS VICTRIX OSCA. cognomine dicitur: nosse eorum
 plures expendere et trahere sicut, quorum inferius seriem exem-
 pla dabimus. Nec illud praetermittendum Victricam urbem ante
 numismaticos dicitur. Augusti certe numisma, ut equidem reor, na-
 littera stata debita dignosci satis non poterant, in aversa parte e-
 quitem equumque, qualem in Siciliensis expressimus habet: in
 fra vero has notas singulares V. V. scilicet VRBS VICTRIX.
 Quin non raro OSCA, nullo cognomine alio in numis legitur.
 Sic perspicue in Sertorij Numismate, quod hic una cum caeteris habet.



Lapidum delatuti monumentis nihil ex illis, quod in rem hanc fa-
ciat exhibere possumus; nisi vero unum, quod extat, ubique nomen
continet, ad illam pertinere dicamus, cū solum coniecturā dacti. Nam
loca distantia in quo cippum nunc extare dicunt non infima nota
scriptores, aliquid certe persuadet: quanguam neque hoc ipsum tantum
ferre affirmo, ut propterea ad Urbem OSCAE referendum putemus mi-
nime. Extare etiam nunc Roma ad S. Marcum in adibus Ambro-
Liti Smetii Manutiique testes sunt, a quibus J. Gruterus habuit.

D M
C. ANTONIVS
C. F. QVI. PRISCVS
OSCA. MIL. COM. VII
PR. 7. CRITONI. VERI
MIL. AN. XV. VIX
AN. XXXIII
C. IVLIVS. PROCVLVS
COMMANIPVIARIS
ET. H. B. M. F. C

Si Osea restituendum contendamus, C. ANTONIVM Oscensem ibi hu-
mulo exceptum procul a penatibus ab Herede et Com milite C. I.
Proculo, affirmabimus. in quo tamen re non admodum conquiescimus.

De nomine OSCAE Urbis erit qui curiosius velit inquirere. Sunt
qui ab Osco Vebulonsi viciniam velint ex Manethone, cui nos nullam
debemus fidem habere, cum nullius sit, dicitur tamen et tunc ab homi-
ne non sanissime menti. Alii ab Caio viciniam velint, quasi OSCA
CI visu certe capiendus ipse utroque oris hiatus, ideoque et indignus, cu-
ius ipsi nomen usurpamus. Vicat in somniis suis, non in vigiliis
nostris. An non hoc ludere in litterulis est? Nos de OSCAE nomine
origineque nihil dicimus, nam dicimus esse non licet, nec comperiti,
aut certi habemus quidpiam. Illud tantum, non minorem inde
Urbis venerationis laudem, quando nomen ipsum Romanorum a cum tra-
scendere dicitur ipsi literarum, sonusque persuadent, et alium de con-
ditore aut deductore silentium. Immo OSCAM neque Coloniam
deductam, neque Municipium constitutam ab Romanis, sed quo nomine
ante eorum aduentum censebatur, idem eorumdem aetate et sequentibus
conseruasse, viciniamque Urbem.

Acade

Academiam habet vetustissimam iam inde ab Anno CCC LIV. supra
 Millesimum, a Petro III. Aragonio felicibus auspiciis institutam; qua
 quanguam nonsemel procellis, temporumque turbidibus agitata, flo
 rentissima tamen est, cum nobilium iuvenum numero, ex montanis
 maxime Aragoniae confluentium; tum hominum omni disciplinarum
 genere illustrium, quos bono Aragonia totius felici semper par
 ti procreat. Sed maiora dicenda suspensum, immo et tanta, qua
 ta in vobis esse Civitatibus nobilissimis possunt. Inlustri Oscæ na
 tis, qui magno numero Christa peperit, qui principes Orbis viros
 Romam in Italia, Valentiam in Hispania, Arelasiam in Gallia aut
 sanguine profuso pro Christi fide consecrarunt, aut obitu sanctissi
 mo sibi in humulum, monumentumque delegere. Nos de paucis di
 cemus.

LAVRENTIUS MR

tyr Oscensis laudatus.

CAPVT XXII

NVNC MIHI, DIVE, TVAM MANVM, OPEM TVAM: NVL
 lus Te melius imaginem tuam dabit spirantem, et tantum non vici
 tem; qui vincere potuit Tyranni saevissimi pertinaciam patientia tua,
 tororum diram rabiem fortitudine tua; qui flammam ardentes glo
 bos humectare et extinguere cruore ex toto manante corpore, aciem
 retundere ferri, scutulum delapsare manus, tororum fatigare cora
 tes, iras irridere furentis Principis, nullumque relinquere vindictae
 locum; quia nullam intoto corpore corpus vacabat, ubi eripere sa
 cientem rabiem posses. Vires tu te dignas laudator, dignus decanta
 tor; quisquis a te est alius, infrate sit, nec equare tua merita poterit.
 Quae non nisi à forti fieri possunt animo, non etiam nisi à forti laudan
 tor viro, non nisi forti exprimi ac pervenire possunt calamo.
 Sed habe tamen à pietate nostra tabellam arvis quae pendeat tuis ana
 themata: habe pugillum aquae a flumine tuae fame, cum maiesta
 te quadam, sonitumque imperatoris fluente; pro modulo tamen
 manus nostrae, non pro merito tuo. Nam quis te, o Magne, era
 tim

A. D. C. C. L. V. B.

ti impossibilem ferreae lento igne torreri, post unguis, et enses, et lami-
nas, et pectines videat, nec horreat ad saecritiam belluini Regis animi,
nec stupeat ad patientiam Oscanis iniuncti, nec hucem feram exuere
infractam saevum ore toto desoletur, nec Iuvenis generosus animos timo-
re nunquam aut horrore pulsatos laudet exillatque? Sedcut nempu
timorem metumque nec, nec ausi in Celsibero pectore pedem intruigere,
sordida quasiuere sabbata plebeciarum animarum, certi scilicet de reque
sa.

MUTIVVM unum qui [perforatus dexteram suam, quod cui mi-
nisterio in eade Regis uti nequisset, iniectam foecula exuvi est passus], in-
culcat ad nequam vanissima Civitatem Roma: LAURENTIO no-
stra in eadem illa, vanitatem cum exuere cepisset gentilitiam, melior
et causa et ius ad facinus in comparandum animum et mentem ar-
mauit; et quasi Celsibero esset indignum sanguine, et puerile ausum, ma-
num foeculo admoxisse ad sacrificium paratis, corpus obicit ardenti py-
rae, tanquam non ipse exuendus thesaurus ut proderet Ecclesiae, sed
plane asandus esset, ut saecritiam exstirparer Tyranni, mentes etiam
appareret, et pasceret dentes. Et tamen ille solam, quae errauerat,
dexteram Scribae pro Rege obtruncata admoxit igniculis: hic membra
omnia immerita pungi flammis stultis assumenda. I nunc Roma-
ne, et tuum tibi Mutium habe, scaevam ab manu cremata, ut rei
memoria aequum videat, appellat: Oscan perimite. LAURENTIVM, nec
enim inuidebit. [Nullum profecto] Deus immortalis [ad motis ariscul-
tum attentionibus oculis vidit] unquam; nullum coelo spectaculum inter-
ris spectatum avidius, iucundius nullum. Vindicare Martyrem a flamma
potuit, ab Tyranno potuit: nec voluit tamen eo spectaculo caruisse, quo
oblectabatur supra omnia oblectamenta.

SED et vide infrendentem Tyrannum, irasque et rabiem ore
ferreo despumantem, dum sibi deesse saecritiam, Martyri superesse con-
stantiam intuetur. Pertrauerat ardens flamma medullas ipsas, de-
ciduaeque sanguinis stella in igne sonabant, immotusque prostratus Lau-
tus persistet, et ad Tyrannum versus; ALIATVM, inquit, EST, VER-
SA ET MANDVCA. Scio tibi in delictis esse carnes ab humana, im-
mo à Christiano corpore soltas ad ignes. Quid nunc morare? exple-
re ventrem, fatigare dentes licet. In damno tibi omnis futura est mo-
ra, et nisi maturaris, iam, quas affas vorare potes, igni corrup-
tas

S. R. A. O. S. A. O.

tas, aut assumtas vere delectaboris: VERSA ET MANDUCA, ut dum partem assumis, partem alteram igni apparet, ne unquam desit, quod uores. VERSA ET MANDUCA. O uocem! O uirtutem! Age Antiquitas, quid opponis? Fama, quid simile feruas? Adeste Proincia quot quot exempla patientia et fortitudinis ostentari. Audate uestra cum nobis conferre. Dabit Macedonia regium Puerum, qui [Thuribulo accepto ante Alexandrum adstitit, in cuius brachio carbo ardens de lapsus est, quo etsi ita urebatur, ut ad alti corporis odor ad circumstantium nares perueniret, tamen et dolorem silentio premit, et brachium immobile tenuit, ne sacrificium Alexandri aut excussu Thuribulo impediret, aut edibz gemitu aures Regis dispergeret. Rex quoque patientia pueri delectatus, hoc certius perseverantiae experimentum sumere uolebat, scilicet enim sacrificium diuites, nec hae re eum a proposito re pulit.] Dabit Roma, praeter Matium, etiam Pompeium. [qui dum legationis officio fungeretur à Gentio Rege interceptus, cum Senatus consilia proderet iuberetur, ardenti Lucernae aduersum digitum cremandum praebuit, eaque patientia Regi simul et desperationem tormentis quidquam erse cognoscendi excussit, et expetendae Pop. Romani amicitiam magnam cupiditatem ingenerauit.] Dabit Abdera Anaxarchum, Atlantibusque Cyprus, quem Nicoreon inuisum in Cyprum insulam tempestate delatum comprehendi iussit, et in saxum cauatum iniecta ferreis malleis confundi: quo illum tempore poena sua negligentem celebre dictum ingeminasse aiunt: tunde, tunde Anarchi uasculum; nam Anaxarchum non tundis.]

SED quanta haec sunt? quanta? si cum nobis conferantur. Opponet pro omnibus Citerior Hispania & Celtiberia sua Iuuenem, ab OSCA sua Ciuem, ad cuius aspectum natio omnis rabore tollitur ingenio uincit: exemplumque omne sanguiscat, et late re si possit, uelit. Magnam in puero, ne sacrificium Regium aut impediret, aut moraretur ardentem carbonem, in brachium sauientem, immota facie tolerasse. Maus in uirgo ne religionem profanaret, et stigma fronti a Chyris inuisum delere uelle petaratur, non iam pruna brachium, sed corpus totum in ardeo obiectum. Alter ne sacrificium alterius impediret, alter ne suum: ille ne fumus aetheris uanorum simulacrorum à naribus aberraret. hic uictima curae esset ipse Numini melioris, ne uixi non caderet. Nam digitum ad

mouisse lucernas in Pompeio, ne Senatus consilia proditura crederetur,
 puerile fuit facinus, quod et Samificulus Macedo longè uicit. Lam
 uero magnam eam uocam Anaxarchi; funde, funde, non negarim: et
 quanto illa maior; *VERSA ET MANDUCA, VERSA ET MANDUCA:
 ASSATUM EST?* et tamen causas compono: si non tibi exempla om
 nia ludi sint, fabula sint. Alium superbia extulit, alium repressi
 maioris supplicij metus, alium aut desperatio, aut uindicta exasperauit,
 ut uel lucernam, uel carbonem, uel malleos contempsisse uideretur. *LAV
 RENTI*, te quis impulit? quis coegit? Religionis amor, amor *CHRIS
 T*. O animum penè est ut diuinam clamem! o omnino mortalita
 te superiorem! Crepitat excandescens flammae et satellite pabulum
 ministrans sine modo surgit: opplet tibi corporis ridor circumfusen
 tum satellitem naues; fumo forum noctem uidet die media tenebra
 tum; adimitur celo lux, et quas lacrimas non exprimit à tyranno
 pietas, extorquet ira, diluit fimas. Anxius adhaec tyrannus, et
 in tortorem sauit; anxius iacet *LAVRENTIUS*, unumque timet, ne
 non faciat. Ille uictoria cedit desperatio. sequi uictum confiteor: hic uictor
 inter ignes et flammam palman rapit uictis sua marcescibilem, et tanquã
 plene iam sit debellatum, triumphat. triumphat! de quo hoste? De Imp
 ratore orbis, de satellite diuis; parum uidet, nisi etiam de morte, de tar
 taro, de sathana, de feris, de peccatoribusque omnibus, quosquot tartarus recep
 tat, triumphat. Sed uincit nimirum in milite dux, in sedulo Rex, in
LAVRENTIO CHRISTVS. Euid iam dicam? immo quod non dicam?
OSCA LAVRENTIVM dedit Urbi; dedit Urbi dedit celo: ut cum *LAV
 RENTIVM* audis, *OSCAM* memineros; et ex nomine Martyris *VICTRI
 GEN* patriam sciamas, nec mirum putes uicisse eum, qui laurum in
 lacte traxit ab ubere Matris Celtiberæ.

VINCENTIVS MAR

tyr Osconsis.

CAPVT XXIII.

NEC DVVM LASSATVM IN LAVRENTIO CALAMVM, VIN
 GENTIVS auocat, compellatque, alterum Celtiberiæ decus, alteras

OSCAE

OSCRE VRBIS gloria: et quasi paruum sit Laurentium Rome dedisse, etiam Valentiae VINCENTIVM dedit: nescio cui donum maior, et insubricus: nisi quid vna eâ re Laurentius maior, quid Roma passus; eâ VINCENTIVS minor, quid Valentiae. Nam si mortis causam, genusque, et modum et tyranni utriusque facitiam consideras, tam pares inuenias, ut geminos ab utero eadem partus agnoscas, nullo natiuitatis discrimine, aut originis nota. Nomina si commutaris, et sedem mortis, ignorare possis anceps quo quomque appelles nomines. Et tamen illud profusus admirandum, et Laurentium VINCENTIVM esse, et VINCENTIVM Laurentium: et Romam Valentiam et Valentiam Romam. An aliter Laurentius alauris appellationem sortitus esset, nisi à Victoria habuisset merita? An non illum Laurentem dicas iure, qui VINCENS fuerit? Laurus Victoriam consequitur, Victoria lauro praecurrit: nam non aliter laurus, quam per Victoriam constat; nam victoria alteret, quam cum merito Lauri. Itaque alteri ab effectu, alteri a causa nomen est factum. Ut nec vocabula ipsa clament, alterum meruisse Laurum Laurentemque dici, quia futurus et vincens; alterum vicisse VINCENTEMque dictum, ut Lauro donaretur. Id Valentiam Romam primitus dictam non vnus nostrorum prodidit, ab Romo Rege (quam vere non disquirimus) Valentiam indigitante re Romani deducti eo veteranis; nam indecens omnino res est ipsam Romam aliti quam Roma esse, suoque ipsorum Vrbe no vno aequo antiquorem. Contra Romam Valentiam dictam ante Romulum magnus Scriptor Romanaeque antiquitatis magnus adhibet prodidit. Iam vide certamen geminum simillimumque par Celtiberorum militum quales vix alio Martyrum agmen vicierunt attentare possit.

DELAVERAT VINCENTIVS torbium manâ ardoremque Deciani ferreo pectore Laniatus; totiusque corporis compage aequi leo dissoluta, Nutabant artus male inuicem haerentes compactique. At animus mori nescius, rudisque tormentis cedere impavidus linguam animabat in vocem, tum tantum in lauder Regis aeterni vicentem, et contemptum Deciani. Instrumentum omne securitae torpebat, aciesque omni ferri sine acie erat, heberere in Martyre doctas; nec saturari tamen rabies ferina Tyranni sati poterat; nec Martyris patientias extinguere minuire. Vix iam satelliti exercere laentes libebat, et ut libebat, longa cruciatuum mora, laboreque fatigatus; ideoque

ious reparandi vigore per intermissa munia quietem captabant.
 At Decianus ipsa crudelior feritate ne respirandi locus VINCENTIO
 daretur ullus, abiectis tortori nervos et virgas corripit; neque tam
 VINCENTIVM passare cecus, tortorum turbam iratus percussit, quod
 Martyri parcat, factus ipse tortorum noxio tortor exemplo. Age, Tyrā
 ne, non alia via aut citius aut certius famam tibi et nomen victu
 rum comparabis, quam per saevitiam, quam per crudelitatem, qua
 feram omnem militem facis. Fecit qui per incendium rogiusque
 Ephesinae venatrix nomen sibi quaereret: unicum antiquitati exemplū
 hominis, qui non a virtute sibi, sed a vitio optaret nomen. Tu eum to
 tam sibi gloriam usurpare cum pati non possis, famam cum quaerere
 saevitia quaeris, quaris a contumacia. Quid iam addendum censes, ni
 si haec sunt satis? Ferrae accedant laminae flammis admoae, can
 dentesque VINCENTIVM petant, torreatque utrumque later. Quid?
 censes ne celsum laminae qui finibus non cessit? qui rebellis in
 flagra fuit? qui in pellicem contumax? qui in horrorem ipsum mor
 tis impavidus? O demens! vel magis miser! Adde maiora si exogi
 tare maiora feritas potest laesita patientia, nam qua haecenas es
 molitur VINCENTIVI ridet, tanquam laedas, non facias; tan
 quam mulceas, non crucies.

CARBONVM congeries ingens concepto igne rebebat, fulgorque
 circumfidentium satellitum prestinguens lumina horrorem et me
 tum, etiam nihil metuentibus, faciebat: imponitur lectulus virgis in
 textus ferreis, sed raris: desuper Martyr extenditur lenis igne ex
 mandu, tortorisque saeva saevitia adperso identidem sale emori
 entis sanguinis rivis prunas succubabat. omni feritas ingeniosa est
 scilicet. Sic ignis saevire satis doctus in obicia quoque

Scepter crepante aspergine

Scintillat excussus salis:

Punctisque feruens stridulis

Sparsum per artus figitur.

Quid interea Martyr? quid? Immo huc inter manet, quasi pe
 ne non ipse esset qui talia pateretur, sed in alio spectaret tragicum
 exitum theatri tantum

Ad caelum tollens ardentia lumina, ---

Lumina nam fenebras arcebant vincula palmas

Dum

Deum, quem spectatorem esse sciebat mentis oculis respicebat, suum appellabat Christum quâ voce, quâ corde parvis.

HINC raptus quia mori non poterat, legere in Ergastulâ traditur, ubi artibus dilaniatis penitusque detortis recreandis è lestarum vitrique fragminibus, varis et impolito angulo asperis lectus sternitur, cui mox Martyr imponitur. At eo exaptus ouat, triumphat gaudio, tanquam quadriga inuectus, et longo tropaeorum ordine procedente, urbem intraret. Commutatas vices diceret tortoris et torti, Martyris et Tyranni. Adspicit sub ipso nati nigerrima horrore Lucis Dieique auctor Deus, CHRISTVS magna caelestium luenum deducente carereâ spirantque venientis latera. Lintea alicui sudorem totis deciduum corpore tergit, emortua alicuius membra caelesti medicamine docta manu fovet, alicui quidquid sanguinis exierat, pavimentumque et testarum fragmenta coloraverat. Scias restituit venis: CHRISTVS ipse militem spectaturus strenuum, post tantas talesque pugnatas pugnas, gaudia cumulabat: pollicetur caelum, caeloque thronum vni VINCENTI reservatum.

ADIT Tyrannus interea insolita luce carcerem splenduisse, audit caelestium concentus, splendoremque custodia ergastuli: maia cohibet ipsa ostia petisse, perque rimas satientium tabularum exitum in ut terrena ministrari. Ludibria oculorum rales accurrit, ostia pandi iubet, ac qui satelliti non habuerat narranti fidem, habuit vix vident sibi, pro stupore rei tanta. Vincentium videt tanquam extrinse gaudij magnitudine positum, testas infloras, ergastulum in aulam, putrem in Sabeos odores transmutatum. Sed necdum deposita pristina feritate, servaturus in diriora Martyrem educi iubet, foveri laesa membra, recreari fatigata, impositumque blando lectulo floribus et odoribus permulcari. Sed alia VINCENTIO mens, ingenium aliud: nequa enim a Tyranni manu aut mortem inter tormenta voluit, aut inter delicias vitam; quasi plane pudori esset aliquid accepisse ab eo, quod sicut in bonis, sicut in malis periretur. Mori non potuit inter ignes et rotas; nec vivere potuit inter flores et rosas. O constantiam! Cecidisti mihi le orbis habet? Itaque qui aditum morti ante negaverat dum laaniaretur a Satellite, morti concessit dum recreatur à medico.

Ergo ut rectius mollibus
Reiecit aulais caput,

Vidor relicti artibus

Coelum cepit spiritibus

Cui multa cessa tramine

Reperatur ad Patrem via

Quam fratre cepit impio

Abel beatus scanderat

Stipant euntem candidi

Nunc inde sanctorum chori

Parique missus carere

Baptista Ioannes vocat.

At videre ut possis qualis Deciano mens, qualis insania, non satis habuit in VINCENTIVM facijse viventem, etiam mortuum, quasi mori iterum posset, dicebat. Abiectionem immundum in locum cadaverum tot montibus laniatum, laniandum deus vorandumque feris obiectum. Sed fera omnis omnem exulta feritatem, tanquam omnis trucidantia in unum esset translata Tyrannum, iacentem venerata VINCENTIUM, nec venerata solum, sed quod quid d'erat, quod cuique inerat p'cutia, in Martyris tutelam aptavit. Vatem sicut coruus pane paucit; coruus VINCENTIVM necio an miraculo maiore mortui vultu unguibusque tutatus est. uterque iubente illo qui utrumque paucit. Lupus e vicino remore stimulante fame irruere in sacra membra cum vellet, prohibitus a coruo, maloque multatus iterum in nemus se condidit. Fera iacenti paravit? Tyrannus ait; piscibus adiciatur esca; ac ne quis vane superstitiosus posset extrahere, condemque sepulchro, rapet collo in nexa in pelagus immergat. Dicitur factum. Ducitur in altum a nautis, abijcturque cum saxo: sed nunquam audito miraculo, tanquam munera, naturamque lapis flusque committissent, visa rapet innatare aquis, ac supra eam sacrum corpus, tanquam vehiculum esset. Miratur rem Satelles, et quem in altum demerserat, in littore reperit, nec ausus ultra violare Christianis permisit religiose tumulo tumulandum, cui ego hoc ce noceo

EPITAPHIVM.

HOSPES. quis revocat properantem? Siste parump'per,
Et lege qua Marmor carmina fronte notat.

Callibet

Celiber ERYCHON genitor mihi; et ENNOIA mater
ME peperit: VICTRIX mihi Patricia OSCA fuit.

Proceros, et vinco laqueos, unguaque, rotasque,

Et flammam, iras et Deciane feras.

Me modo mille modis voluisti occidere; et idem

Ut vitam tentas postea mille modis.

Sed nec obesse vota, cum vis; nec viuere, cum vis:

Auspice te nec mors, nec mihi vita placet.

Illasus medijs iniectus in ignibus, idem

Post mortem medijs floribus atque rosas.

Obijerique feris acibus, sed parcere disunt:

Nec Lupi, nec tigris, nec Leo feras, nocet.

In pelagus summum adspicere: tum marmore collas

Vincta graui immergit; sed naxo cum Lapides.

Te vides Deciane frenis: mea membra sepulchro

Hoc licet tandem condier, hic iaceo.

Pectora miraris? sum Hispanus. Celiber, OSCA

Me dedit. hoc satis est, Hospes abire potes.

PERGO tamen. Ergo VINCENTIUS OSCE natus, ut di-
cum nuper, educatus Cesaraugusta, Valentia martyrii Laureae
donatus ⁱⁿ Lusitaniam adportatus; vnus cum esset Regias Vrbes qua-
tuor insulas reddidit. ORIENTIUM PATIENTIAMQUE quos
fama Laurentio Parentes dedit etiam suos OSCA gloriatur. Alterum
praeterea Parenti cognominem ORIENTIUM Acaeciorum Episcopi
Laurentij germanum fratrem: tam ^{multa} ~~plura~~ eodem caelo sedera non du-
bio splendore luentia.

SED nec illud praefereundum, quod de Oscensi ^{argenti} ~~auri~~ signati ^{no} ~~is~~
vno loco De Liccius et alij meminere. [Fuit in triumpho] C. Ful-
civus Flaccus [coronae aureae CXXIV. praeterea auri pondus XXXL
et signati Oscensis nummum CLXXLII. M. CC.] Quo loco quid
Oscensis ^{argenti} ~~auri~~ signati vocabulo intelligendum sit, nobis dubium esse
fatemur. Nam quod eruditus viro Ant. Augustino placuit, ut Oscense
pro vetustissimo acciperetur, vereor ne ~~non~~ sine fundamentis proximis
tum accipiam videatur. Certe mirum fuerit, si Oscense appellatum
quia vetustissimum, cur non etiam Oscum? deinde cur eius argen-
ti in vna Hispania mentio nec alibi, quod equidem legerim: nisi
quia

Addita hic reponenda
Loco horum sub hoc
signo. ☉

quia eius vni^{us} Provincia imo Celtica Celtioris moneta fuit, et ut videtur, probatissima. Certe eius rei in vno Licio, a quo alij accipere mentio est, et quidem dum triumphos ex Celticae alibi Hispania narrat. Triumphauere autem M. Heluius, aut Helius, ut alij maluerunt, qui [Argenti infecti tunc in aeraurium quatuordecim millia et pondus, septingenta triginta duo, et signati bigatorum XVII. millia XXIII. et vicenses Argenti CXX. millia CCCC. XXXVIII.] nam licet Heluius non Celticae sed Ilericiorem obtinere, [decedenti tamen ex Ilericiore Hispania cum praesidio sex millium dato ab Ap. Claudio praetore Celtiberi agmine ingenti ad oppidum Illiturgi occurrerunt] quorum eum duodecim millia deiecit, quia tamen et alienis auspicijs et aliena Provincia pugnavit, nequales triumphus, odatio concessa est. Quae ex Licio scripta sunt Ab. V. C. XXXIV. Mores patet duos menses Q. Minutius ex eadem gente triumphum egit. [Hic quoque fuit Argenti pondus XXXIII. M. DCCC. Bigatorum LXXXVIII. millia, et Vicenses Argenti CCLXXVIII. millia.] Licius eodem Lib. neque alibi prae Cransis Argenti signati mentionem esse, quod equidem meminere. Quae certe faciunt summe, ut Vicenses nomine aliud quiddam sibi velle Licius certissime putem, quam ut vetustissimum dicat. Eaque potius ducit animus, ut moxetate Hispanicam, imo Celtibericam putem, quae Osca primitus signata ex probato Argenti pondere, deinde alibi etiam usque eodem et signo, et nota et pondere, priscum nomen, ab ea urbe in qua primum percussa fuit, retinuerit. Quod idem hodieque in minutis Denarijs nostris usurpari animadvertimus, quos Iaccenses appellamus, sed certe aliam ob causam, nisi quia primum in his nascentis Regni Iaccae percussa, nomen illud priscum tenuissime conseruant, etiam si Caesar Augustus postea tantum eius nummi signandi facultate obstat. Et quoniam alium in scriptoribus posterioris aevi de eo argento silentium, existimo tamen diu in Hispania tenuisse: nam apud amicum Bartholomaeum Morlacium Domitiani Nummus est Argentus semidragmam pendens, qui sine dubio ad Vicenses referendus: eum supra cum ceteris habes. Iaccensis est.

Nobilis ergo ab antiqua memoria Osca est urbs, et nunc etiam longe clara. Episcopalis est iam inde ab nata in Hispania Religione, atque ex diuisione Constantini Tarraconensi Archiepiscopo

po Metropolitani iure subiecta, quod ad An. usque CIO COE XVII. tenuisse
 conlat, nec ultra. Eodem anno Casaravngustana Ecclesia, cui circa Me-
 tropolitica a Ioanne XXII. data sunt, et tracta inter suffraganeas, ut vacant,
 urbes contributas: cum ante CCXXII. annos, Christo scilicet CIOXCV. a Pe-
 tro primo e Mauris fuisse recepta ingenti prelio, fessis quatuor Regibus,
 delectisque hostium quingenta millibus: a quo tempore Aragonia Regno
 addita sub illo manet. Nam quod Nonices et Mariana noster, agro ille
 in errorem trahit, ut puto, aiunt, Catalonia urbem esse, lapsus fuit, aut
 prosperantis calami, aut fallentis memorias.

ILERDENSES. SVR

daones qui? Ortellij lapsus. i

Plinius assertus. Horati

us explicatus. 2

CAPVT XXIII.

MUNICIPIVM NOBILE ROMANORVM, AETATIS GLO-
 ria clarum, magnisque prope illud gestis rebus Cicili Caesaris Pom-
 peique bella intulisse, nihil omnino a prisca sede mutatum ordine
 nobis dicendum occurrit. At de origine ILERDAE quid dicemus?
 nihil certe, et cum nulla dicamus, magna tamen dicimus. Nulla urbs
 illa vetustior, qua nunquam nata cognoscitur, antiquiorque pro-
 batur omni data aetate, eo ipso, quod quospiam tempore condita non
 probatur. At mihi vetustissimum fuisse vel nomen argumento est, sed
 Romanum, sed omnino Barbarum, immutatamque a Romanis ser-
 uatum, sicuti quam in alij urbibus ab illis factum. Haec certa
 putamus, cetera altissimismersa tenebris, nec fax scriptoris ali-
 cuius praeuocet, cuius magna apud nos admodum sit auctoritas.
 Nam qui ILLERDAE originem ad Illyricos refert, aut somnias
 aut se nosque deludit. Sed somnia sine capite non miramur: nisi
 vero una nominum similitudine, aut affinitate in primis litterulis,
 quae cumque ea sit, fisci, Ciuitatibus conditores et originem claram
 asig

assignare arbitrati nostro velimus, nulla auctore. Quae res et indigna
cordati viro est, et docto indignior, quamquam peccatum hoc non minus
frequenter, quam inopie nonnulli peccant: homines de sua fama pa-
rum solliciti. Stephanus Bifantinus ILLERDAM urbem esse Hispanicam
prope Pyreneum, quae in re ut homo loquutus est qui ILLERDAM non vi-
derat, neque enim magis a Pyrenaeo recedit Caesaraugusta, quam ILLER-
da, neque tamen illam prope Pyrenaeum sitam dicit. Post ILLERDAE
mentionem in Stephano ea sunt verba: ἸΛΙΕΥΣ ὁ Ἀπόλλωνος ἐν Τραία.
Illius autem Troiani Appella est, ex quibus verbi nonnulli ILLERDAM
somniaut ab ILO dictam, et ad Troianos referant. Cum tamen ea ver-
ba et obscura sint omnino, et ut quidem puto non integras, aut cor-
te sua sede motas, et e proximis quae sequuntur, quibus de Ilcio Ste-
phanus agit, traha. Vidi quam saepe faciles in coniectando simus et
vani. Propius abest a vero, qui cum Nibio sequestro ILLERDAM
urbem, ab Ilerda annem compellatam affirmaret, si tamen nobis
Sicorim annem cui impressa urbs est, Ilerdam aliquando vocatam
confirmaret. Sed puto nullam ^{non} aetate in scriptoribus desideratam esse
iudicij trutinam, ad decidendum num quae aut accidebant a non
stantibus, aut segebant apud alios ipsi, talia essent, quibus fides haberi
deberet. Ergo haec vel confusa, vel incerta mittamus. Id nobis
satis, ab ^{Lucano Hispano homine,} ~~aliquo~~ Poetarum non potremo vetustam sua tempore
dictam, quae locum proxime indicabimus cum de sita dicemus.

INTER Ilergetas Plotomaeus ILLERDAM annumerat, inane Iler-
getarum caput fuisse non nemo prodidit: quos Ful. Vulsinus eodem ex-
istimavit cum Illurgauonensibus Caesaris: à qua sententia non mul-
tum recedit Aurita notiter. Verum exactius rimanti Felici coniectu-
ram non subsistere, Nonius ait diligentissimus scriptor. Ratiocae.
Illurgauonenses à Caesare Iberum flumen pertingere dicitur, quem
Ilergetes nunquam attingere, ut ex Plotomaeo perspicuum est: apud quos
Wascones Ilergetibus contemini, et in his extremas urbes Oltam, Barbi-
nam (quae Barbathus est) Gallicam Flaciam (Barago) et ILLERDAM
~~occupas~~, nec propius ad annem Iberum accedit, ut psetem extremam
eam urbem Ilergetarum fuisse. Nobis illud certissimum est Illur-
gauonenses Caesaris, eodem cum Mercaonibus Plotomaei, qui Iberi
ripas occupauere, in quibus Plotomaeus Dertisam locam, quamquam
apud illum mendose Lertisa dicitur. Fuere autem Mercaones Ede-
tani

tancs contermini, quanquam ad orientem vergentes magis, qua parte Edeſani mediterraneum mare pertingebant, et ſuo loco notabimus. Quae res ſolertè animaduuerſa Nonio.

DIFFICILIVT certe qui Sardaones eſſent, in quibus Plinius ILLERDAM conſet. Verba ea ſunt Lib. III. Cap. III. [ILLERDENSES Sardaonum gentis, circa quos Sicoris flucius.] Noua res eſt uifa, ſuſpecta que Gaſp. Barverio viro diligenti, apud unum Plinium eius gentis factam mentionem: propterea mendosum ſcriptorem putat, et pro Sardaonibus Sardonos reliquit, quod uir doctus Pintianum et Hermodaeum ſuſcepit miratur Nonius, tam Barverij coniectatio extripere uifa. At mihi quid ſentendum uideatur, mox dicam, nunc Nonium audiendus et examinandus eſt, quanquam raro id uicis authoribus facere ſoleo, quorum apud me authoritas tanta ſolet eſſe, quanta eſt eorum, quorum laudant ſcriptas. Sed Barverij et Nonij eruditioni, id dandum uel ſemel, ut eorum ſententias uelut antiquorum expendamus. [Erant enim] inquit Nonius [Sardonos Ruſcinonenſis comitatus incolae, qui haec in partes forte ſe effuderant, ut etiam monet Beuterus: Pomponius ſane Melas horum meminit lib. II. Cap. V. Inde, inquit, eſt ora Sardonum et parua flumina thelis et Phicis, ubi accreuerunt perſeas: Colonia Ruſcino. Plinius etiam lib. III. Cap. IV. his uerbis. In ora Regio Sardonum, inhaſque Conſuarnorum, flumina thelis et Obis: quorum regionem etiam hodie capos de Cordana nuncupari, idem author eſt Barverius.] Sed nobis ſecus ſtatuendum, leuesque eaſ eſſe coniecturas perſuaſum eſt. Nec quia Sardonum et Plinius et Pomponius alibi meminerunt, ideo eadem cum Sardaonibus exiſtimandi ſunt: nam me quidem iudice neutrius ſcriptoris uerba quodpiam Nonium Barveriumque iuuare poſſunt; contra inde ſumi non leuis ratio in oppoſitum poſſet, cum apud Plinium ea gentes et ſedibus et nominibus diuerſiſſima ſint. Nam Sardonos ille in Narbonenſi ad ora locat, ILLERDENSES, qui in Sardaonibus, ad Sicorim amnem: et inter eas Regiones quantum ſit terrarum interiectum ne me non uidet, neque illi negant; ſed cum diuerſiſſimas eſſe ſitus gentes negare non poſſent, eoducti ſunt ut Sardonos illos, qui in Narbonenſi locantur à Plinio, in eaſ ſe Regiones ubi ILLERDA eſt, effuſiſſe ſe commenti ſint. Qua uirè mirari non ſani poſſu



psum Nonium virum doctum, et cuii Puteus subletha fidei autor est scire, tam nunc conqueuisse libenter in eius sententia, quae nec coniectura probabili, nedum boni authoris testimonio alicuius constabili-
ta est. Et enim quod maxime vigent, apud neminem alium ex scriptori-
bus, praeterquam apud unum Plinium Sardonum nomen legi, lecte-
re est, et propterea corruptum leuim esse dicamus, et pro Sardonibus sub
Anticamus Sardonis. Nam quis quae scriptorum praeter unum Plinium
Regioni veritania nomen prodidit, in qua Osca? nec ideo tamen dicemus
depravatum illum eo loci. Mitto passim ab alijs et Urbium et genti-
um usurpari vocabula, de quibus mirum apud alios silentium est.

Itaque quod de Cerdania Barrexius notat non minus fuit
est: nam a Cerdania, Cerdania facta est, non a Sardonibus, et
Ceretanorum, aut Cerretanorum multa in scriptoribus est mentio,
quo eos nomine Plinius Lib. III. cap. III. nominavit, et Pyrenaeos
incolere montes prodidit. [Inter inquit recedentes radice Pyrenaei
Ausetani, Itani, Iacetani: perque Pyrenaeum Cerretani: dein Vas-
cones. Ortelius etiam vir aliqui diligens in Cerretanis lapsus est,
dum eos ex Strabone Hispanicam esse gentem Vasconum testatur: cui
tamen Strabo nihil indicat minus. Verba haec habet ex Lib. Geogr.
III. [Supra Iacetanos ad Septentrionem gens incolit Vasco-
num, in qua Pompaelon sita est.] et post nonnulla de Pyrenaeis:
[Media vero loca] Pyrenaeorum [conualles continent, quas fre-
quentes cultores habitant: has quam maxima Hispaniae nationis
partis Cerretani tenent.] Quibus verbis tam abest ut Cerretanos
cum Vasconibus confundat, et diversissimos contra esse gentes fate-
atur. Accedit Holomai auctoritas qui Ibergetas orientales
Vasconibus, Ibergetis Cerretanos fuit: ut interiecti Ibergeta in-
ter utroque populos essent. Illud Ortelij probatur nobis maxime,
eisdem Cerretanos cum Ceretibus esse Stephani, et Festi Auieni.
Barrexius ergo et Nonij coniectura in Sardonibus parum profua-
dat. Nos potius gentem esse Hispaniae in ea ILLERDENSIVM re-
gione sitam, sed obscuri nominis, atque Ibergetarum clausula-
minis, et nomine appellationeque censeri solitam, ut etiam Vascones
nos. De Ibergetis mentio in vetusto monumento, quod hodieque
apud Orgiam Hispaniae Tarraconensis Oppidum (hodie Alcaraz
est) extare perhibetur.

DIS . MANIBVS

C. ALLI¹ C. F. VICTORIS .²LEM.
 VICTORIS . CONTRA ILERGETAS
 AB . ACERVO . FATO . VICTI
 TRIB . MILIT . LEG . XIX
 VIXIT . ANNOS . XXXII . MENS .³ IIS
 C. ALLIVS . C . F . PAT . OPT
⁴F . ET . S

1 Caij filius. 2 Lemonia
tribu.

3. dies semis.

4. fecit, et sibi.

Vetus nomen ILERDA retinet leui flexu mutatum indigenis:
 dicta LLEYDA, reliquum Hispaniae vulgus LERIDA appellat.
 nam Catalanis nunc ad Conuentum contributa est. Sicutum Urbis
 non alij melius, quam Lucani Cordubensis poeta verbis exa-
 guar, ut nihil mutatum prorsus ab eo, quem iam obtinuit scias.

Colle tumet modico, lenique excreuit in altum
 Pingue solum tumulo: Super hunc fundata vetusta
 Surgit ILERDA manu. Placidis praesabitur undis
 Hesperior inter Sicoris non istimus amnes,
 Saxeus ingenti quem pars amplectitur arcu,
 Hybernas passuras aquas. — — —

An vero potrem fornice vno tantum totum complexum amnemque
 se dicemus? indicant verba: et profecto magna moles opus fuisse
 cuius neget? sive Romana constructum manu, sive Ibera an-
 te Romana arma in cetero rem illata, quod vix putamus. Eo-
 dem nunc, quantum coniecturis licet assequi, loco portus egregij o-
 peris, sed recentioris, iungit amnem: cuius tamen partem multo
 maximam anno proximo (1517) auctus in immensum
 ac rapido delatus impulset fadae dicit, ingenti urbis dependio: a
 hoque flexo cursu, quid quid pontis erat in sicco destituit.

SED ILERDA molli in cliuo qua leniter collis surgit, Si-
 corinque despectat, constituta olim, et nunc etiam, ut appositissime
 Paullinus iacentem appellauerit, sic enim colli incumbit, ut pal-
 uinari tanquam incumbens quiescisse dedisse videri possit.

————— Bilbilim acutis

Pendentem scopulis, et collem iacentis ILERDAE

Exprobras. — — — — — nec apposite minus Asp-
 nius ad Paullinum eundem ardam dixit, cui scilicet tantum

à vertice monticuli fluctus licet despicere.

Aet quæ decerxi iuga per seruposa ruinas
Arida torrentem Sicomim despexit Ilendas.

Ideo tutam Lucanus, ac celsam appellavit; Mantuanus apricæ insulse omnino: in clio enim exposita ventis est peruia, quos frequentissime licet, ac libere insultantes vlcisci tamen non potest. Caelo gaudet brumali tempore non frigido solum, sed subtriti: diffundentibus sese nebulis crassissimis à vicino amno, solumque die que ad multos saepe dies adurentibus vrbis. Inde ILERDAE prorsus spectetur in subiectum agrum, qui omnium omnino rerum patiens est, patentissimus, longæque pulcherrimus, interluentibus partim silicis, partim interstrepentibus aquis: vrbisque tota sic cordiata est, ut peregrine venientibus a longissimo etiam intervallo tota spectetur, qua parte amne Sicomim cingitur, clio ipsi domorum omnium contignationes explicans, ut gradus cunei distinctos per Amphitheatrum dispositos. Sed cum Princeps admittendus in vrbem publico tripudio est, tum vero ILERDA spectaculum iucundissimum prorsus præbet: nam laminibus ac fenalibus multiplice artes per fenestrarum tebrarumque spatia dispositas, intempeste atque illunis noctis silentio, ardere tota elonginquo despectantibus existimatur. Hinc indigenis patrio vocabulo Foradada, tanquam perforatam dixeris, cognominata, a fenestrarum multitudine.

CELEBRISSIMA olim vrbis magni ad eam civitatis Caesaris bellogeris rebus; cum eam enim Afranius Petreiusque delogissent tanquam urbem egregie inter ceteras Hispanicas a natura munitam, ad quam castra communirent, tutum in eam habitum receptum, quod quod forte na maluisset; insolam totius perebellimoles incubuit: cuius rei pleni sunt eius seculi scriptores. Inde est ut Ilendenses omnino bellica laude clarissimi semper fuerint. Silicis certe inter gentes alias, qua Annibali olim in auxilij fieri aduersus Romanos arces arma mouenti, ILERDAE meminit.

Nec Corretani quondam Firynthia castra,

Aet Vasco insuetus galeae ferre arma morari,

Nec quæ Dardaniis post vidit ILERDA furoras.

Accedunt veteres numi qui magnum et ipsi pondus habent ad persequendum. His in auresa parte Lupus est, aut certe Lupus cum

nomine urbis taligesta, quali cum prædam raptura irruit. Porro
 Lupum martium esse animal proditum a multis, et belli Symbolū.
 Ideo a Venasino Vate dicti Martiales, et à Propertio Virgilioque
 Martij. Nec alia fuit causa confingendi Romalium Remunque
 Romæ Urbis conditores Martij fuisse genus. Si frogs Pompeio credi
 mus, quam quia a Lupa nutriti, quod animal rapacissimum
 est, atque infallendis vigilijs, siue cum prædam inhiat, siue cum
 abigit, solertissimum. Militare autem est et prædas agere, et rapt
 viuere: adposita Claudianus Lupam feram Martij nuntiam com
 pellacuit. Numos hic tres habes, nec plures videre licuit. Primum
 Augusti Caesaris, cuius nobis copiam fecit Ilerdensis quidam vir
 nobilis: alterum eiusdem Augusti, e Promtuarci Guimeranij Co
 mitis: tertium Augusti etiam apud amicum Franciscum de
 Urrea.



MONVMENTA duo vetustissima hodieque supersunt Iarraco
 ne alterum, alterum ILLERDAE, quorum nobis est mentio fa
 cienda. Alterum tale est, et, ut videtur, Afranij illius, qui Pom
 peij Legatus fuit, Libertæ cuiusdam.

AFRANIA

L. L.

CRHOCALÉ

S

Monus

Monumenti huiusce Andreas Scholus noster exemplar Gruteroni sit, cuiusque alicubi meminit Antonius Augustinus: quanquam sibi CRHOCALE illud^{quid} velit ignorare se fateatur, et non nulla coniectat, aut dicinas potius, quae ego salua doctissimi viri auctoritate probare non possum: mirorque hominem in veterum monumentis cum iudicio versatum in ea re haesere: nam recentiore quendam Historia scriptorem, ut videri vult ipse, longos logos non moror conferentem, aut tractentem potius. Breui aut, mortui illud, ut videtur, nominis Liberta fuisse quasi patrum e gente sua, quo dum seruiret appellata: post libertate donata de nomine Patroni Afrania dicta est, nec ides veterem appellationem abiecit, immo noua additam conseruauit, qui mos libertarum communis fuit: ut nomine nampe altero Patronum, altero pristinum referrent statum, et Patria gentisque memoriam conseruarent. Sic omnino in lapidibus non unius generis et formae, nomina a Patronis accepta Libertis proponuntur, adduntur antiqua veluti cognomenta. Roma in aedibus Colothianis. IVLIA. C. L. EV IERPE. et Farusij: IVLIA. P. L. MELAENIS. Ferentini: HIRCIA. A. L. AGATHOCLIAE. Sic AFRANIA LVCIA FRANII. LIBERTA CRHOCALE dicta, sibi cippum sepulturae statuit. Lux huic lapidi a tribus illis, quae praemisimus, sed maior ab alio quarto, quem hic habes.

+ Caij Liberta
+ Publij Liberta
+ Aulij Liberta

CLODIA. C. LIB
MINIEME. SIBI. ET
M. RUSTIO SEVERO
CONTUBERN. ET
T. OCTAVIO SEVERO. FIL
VL. VIR. AVG. ET
C. RANIVL. AMNIONI

+ Caiiae Liberta.

AMICO. E. J. Grutero.

Quod si importuna queras, quid CRHOCALE significet, dicam te frustra esse, et alienissimo tempore curiosum, qui barbara appellationis, peregrini idiomatis notiones quasi conuicio flagites. Ita que pergendum est. Monumentum aliud, ut nuper dicebam, barbare etiam num extat: habet huiusmodi, qualem accepimus ab alijs, nam nobis illud videre non licuit.

M. FA

M. FABIO M. F. * GAL * Galeria tribu.
PAVLINO. EQVO. PVB
DONATO. AB. IMP
CAES

HADRIANO. AVG
ILLERDENSES

CIVI. OPTIMO. OB
PLVRIMAS LIBERALITA
IN. REMPVBL. SVAM
LOCO. A. P. PROVINCIA
IMPETRATO. POSVERVNT

* D. D. Q.

* Dedicaruntque.

Scio ab alijs versus alia ratione distingui, immo in vocabularum compen
dij modo quid additum, detractum modo: sed hoc tantum non est.

NESCIO quid de Salsamontis Salitigae piscibus notat Nonius, :
quarum ^{hic} mercium multum curti, conuectique vult: incertum mi
hi quibus ^{hic id} ~~paucis~~ horibus. Illud ut omnino probem induci non pot
sum, quod vnde sibi Horatii Flacci carminibus lucem afferre vi
sus est. Contractatus ubi manibus sordescere vulgi—

Caporis, aut lineas parces tauricornus inertes,

Aut fugies vticam, aut vinchas mitteris Ilerdam.

Depravatam ille editionem putat, et pro Vinchas, vniclus substitui
dum. At cum in vulgatis omnibus consensu pertinace, immo et in
paucis vetustioribus manu exaratis, vinchas, legatur, non putandum
est potioram esse lectionem Nonij. Nec facile mihi persuaseris
veritatem unquam fuisse Flaccum ne carmina, qua ille tanta
iudicij contentione composuisset, in Salsamentorum integumentis
ta abitura essent: nisi omnino esse esset alius factus, qui antea a
cineret

Eregi monumentum cere perennis,

Legaligae sibi Pyramidum altius,

Quod non imber edax, non Aquilo impotens

Populit vivere, acit innumerabiles

Astorium series, et fuga temporum.

Recentissima tum fuerat Caronis in Africam fuga, recentissima
res ad ILLERDAM gestas: Deo eas duas Urbes Vticam, et ILLER
dam Horatius usurpavit, in quarum alteram fugam deferre
tur liber, in alteram ensal deportaretur vinchas. Deinde qua
illu

nisi et ex Ant. Augu
stini Dialogis sumit
~~ne illius verba in illis~~

Quod et ante illum Ant.
idem August. notuit.

illa est consequutio? An ^{etiam} ~~quae~~ ILERDAE multum, ^{et} Salsamentorum,
 euehique conuehique fingamus, ideo Horatius, qui Roma erat vere
 nari possit, ne liber in inuolucra Salsamentorum abiret, ideoque
 vinctus mitteretur Roma Vrbe ILERDAM? At id timori esse
 posset Horatio, si non ipse liberque Roma, sed ILERDAE esset.
 Sed nimirum qui criticam amare sunt soliti, non raro pro me
 dicina vulnus faciunt: et ut ante vulneribus, sic nunc medicinis
 ipsis laboramus, ut ille dixit.

VRBS est nunc ILERDA nobilis diuesque et frequens, Episcopalis se
 des vique ex primis Ecclesia nascentis exordij: Prouinciali olim Conci
 lio illudbis SERGIO Episcopo ^{non} ILERDENSI ut Nonius existimauit,
 sed Arraconensi, qui Metro politani tunc praesit. Subscriptique pri
 mus inter alios Patres, Theodorico Rege, Christi anno D XLVI.
 qui Regis illius XV. fuit VIII. Ed. Augusti. Sed et diuitum Eccle
 siam habet oporose annexam peribylis opere concamerata ex quadra
 to lapide non infima nota. Gymnasio etiam nobilitata totius Cat
 talania nobilissimo, iuuenumque nobilium frequentia insigni ante
 annos CCC. XIII. Rege Iacobo II. Aragonis exitate, magno Prouin
 cialium exterorumque bono. In illud enim studiorum causa non
 indigena solum Cattalani, sed Aragonij, Valentini que magno conflu
 unt numero, qui tamen posteriore hoc saeculo solito multo minor
 est, quibus ILERDA pro patria est, ita ad vicium commodumque
 necessaria suppeditari, nihil ut minus, quam peregrinos se esse
 sentiant, qui in ea degunt.

ADDA MVV Iaudibus nobilissima Vrbs potrento sed non potren
 mam: praclarum ab Ilerdensibus nauatum Principi operam
 (Iacobus is fuit primus cognomento dictus expugnator) in ob
 sidione expugnationeque Valentiae Vrbs. Nam cum illa copias
 ad oppugnationem adhortaretur, praemiumque constitueret Coloni
 am in vrbem captam deducendam ijs qui primi in vrbem irru
 psissent, aut propius oppugnando successissent; Ilerdenses aue
 mine sibi eam praeripi laudem passi sunt: itaque primi fue
 re qui oppugnando propius accessere, nam Ciuitas non capta
 sed accepta in ditionem est ea lege ut Afri omnes alio com
 migrarent, vacuamque vrbem agrumque Victori relinquerent.
 Nunc Ilerdensibus mansit honor ab Rege Statibus, eoque et Co
 loniam deducere Vrbi que cum commercio lingua, etiam pon
 dera

vera mensurasque et minata moneta generi, qualia in Pania
erant inuenire. Seruitque plures annos et mos, ut annis sin-
gulis Valentinorum pondera ac mensuras ab Hlandensibus pe-
terentur, et ad illorum exigentur normam. Ex eo tempore ab
Valentinis FLERDA mater compellata fertur in publicis manu-
mentis, quo ad Urbem in eam amplitudinem aucta, quam nuncha-
bet, maiorque et illustria effecta, quam ut in his ab Hlandensibus
pendere videretur posse. Falis Urbis iam olim CaesarAugustus
ad conuentum contributa inter municipia: nunc Brachino
nem Catalanicae caput ad petenda iura conueniunt Hlanden-
ses, et Archiepiscopi Sarraconensium tanquam Metropolitano, ut
iam olim, parent.

CALAGVRITANI

Fibularenses. Recentiores nonnulli no-
tati. Inuenalis explicatus: resti-
tutus Strabo: monumē-
ta et numi.

CAPVT XXV.

CALAGVRITANI DVPLICES CAESARAVGVSTIANO CON-
uentui contributi a Plinio dicuntur, FIBVLARENSES, et MASSI-
CI, vetustissima vtrique gens; de illis nunc dicendum, de his deinde.
A Caligula dictus, nomen uno sono ducti vni parum perspicuus, au-
t assere, quibus scilicet in ea re ingeniosus esse licuit libentique: mi-
norque inter eos Sarafam esse, verum alioqui non indiligentem. Ni-
mirum non illi animaduertent, non paucis ante Caligulam an-
nis, CALAGVRITANOS eo nomine compellatos, neque apud Caesarem
Ciuili Commentario primo Calaguritanos legerant: quem solum
statim indicabimus. Immo tribus ante Caligulam Caesarem seu-
tes CALAGVRIS Urbis inter Urbes Citerioris Hispaniae consuebat,
nobilitata etiam exuentâ prope eam adita Celtiberorum Strago, L.
Manlio Acidino Citerioris Praetore. L. Iulius A. V. C. XXXIX. In Ci-
teriore Hispania L. Manlius Acidinus, qui eodem tempore, quo
C. Ca

C. Calpurnius in Praevinciam Iensae, cum Celtiberis acie conflictit; inter
 illa victoria discessum est: nisi quod Celtiberi castra inde nocte proxima
 moverunt. Romani et suos sepeliendis, et spolia legandis hostibus
 telas facta est. Paucos post dies castra maiore exercitu Celtiberi ad
 CALAGURITANUM oppidum ultra laeserunt praesidio Romanos. Nihil tradi-
 tur qua causa numero civitatis infirmiores eos fecerit. Superati proelio
 sunt: ad XII. millia hominum caesa, plus duo capta, et castris Ro-
 manis potitus: et nisi successor advenire suo inhibuisset imperium Vitis-
 orii subacti Celtiberi forent. J. gesta haec sunt ante salutem sextam
 anno I LXXXIV. Adnamus et Florum, qui sablati per domesticas
 insidias Lextoria in Romanam fidem venisse^{ait} Urbes Orsam, Fenni-
 Juliam, Valentiam, Auximam, et infame nihil non expertam CALA-
 gurim. Immo et Val. Maximus loco postea indicando. Sed varus
 ego, qui in re congruentissima et tempus et verba paro.

At cum duplicem CALAGURITANUM dixerimus FIBULAREN-
 SEM stipendiariam, et NASTICAM Municipium, maxime est
 anceps disquisitio, quo quoque locanda loco videatur: nam si An-
 tonio Augustino, Amb. Morali, Lud. Noxio, Hier. Savita, alijque
 fides habenda sit, ea Fibularense sede locabimus, qua nunc quae
 hodieque extra CALAGURITANUM est, apud Vascones scilicet. At si
 verum est, ut certe est, quod a Gallaecia in Augusti caesare est prodi-
 tum, cum Cantabria devicta, Calaguritanorum cohortem cultu
 sui claram, exauctoritate, praedijque donasse, deducto municipi de
 Municipium nomine CALAGURITANUM appellatum, qua de re Capias
 proximo disputabitur, sit ut eodem ipse existimo NASTICAM potius
 in Vasconibus collocandam, Fibularensem in Iaccatanis aut Ilargi-
 fibus, certe non procul Orca vide, nam et CALAGURITANUM a cae-
 sare cum Orensibus contributi fuisse dicuntur. Opus certe fuit, ut
 deducti milites, custodia Augusti clari, multisque emeritis stipendiis,
 non stipendiarij, sed libertate et immunitate donati in Municipi-
 um deducerentur. At FIBULARENSES stipendiarij fuisse. Ne-
 que vera eos deductos dicemus nisi in illo oppidum, quod Cantabris
 nuper e domitis proximum esset: cum tamen ~~Calaguritanum~~
 CALAGURITANUM, qui cum Orensibus erant contributi, nimis a
 Cantabris recederent. Quis enim non statim putet, Municipium
 quod in fraenum genti contumacissima deductum, in ora ipsa Can-
 tabria

fabriæ, nec procul ab ea deducum? Itaque illud mihi certum CALAGURITANOS FIBULARENSES in nostra Aragonia collocandos, nec in aliam Urbem Oscâ disertos, cum quibus contributus fuit se constat. Casar Civili Commentario I. [Interim Oranses et CALAGURITANI, qui erant cum Oransibus contributi, mittunt ad eum Legatos, seque imperata facturos pollicentur. Hos Ferraconenses, et Laetani, et Ausetani, et paucis post diebus Uerugauonenses, qui flumen Iberum attingunt insequuntur.] Et post nonnulla: [Magna celeriter fit commutatio rerum, perfecto ponte, magni quinque Civitatibus adiunguntur ad amicitiam adiunctis.] Vides, Lector, quantum tibi saltem illud Marti faciendam esse existimavit CALAGURITANORUM FIBULARENSEIUM nempe, et alteram Civitatis amicitiam, ut magnam ea re factam commutationem constiterit. At qua causa FIBULARENSES permoverit, ut Casari se cum alijs Civitatibus adiungerent, non facile est divinare: nisi vero perlinax in Sertorium Medium et fides, et alienari animorum a Populo, quocum tum Casar Civilia exercebat bella, eo illor impellit ut Pompeianas partes omni nisu subvertare conarentur. Nulla omnino gens in Duce suo prouidet, etiam usque ad extrema factus, quam in Sertorium CALAGURITANI FIBULARENSES. Obierat per insidias fraudes Perpennæque perfidiam Sertorius, nec deo illi à pertinace incipit infide etiam mortuo Deo seruanda desistere. Ergo Afranius Pompeij Legatus Urbem obsessam instabat, premebatque inclusos in hunc extrema omnia, desperatio, et iam non inopia rerum, sed morsus famæ, quæ feris miserandisque grassabatur modis. Illi à necessitate, desperationeque rerum consilium incidunt, ne Urbem, cuius mox hostis petiturus videbatur, tradi de se ipsi volentes vicentesque viderentur; uxores, namque matrem, vitam alteraturi diebus paucis eorum carnibus, quos ipsi genuerant. Soedum horridumque dictum. Rem habe ex Val. Max. [Horum] Numantinorum scilicet [trucem pertinaciam in consimili facinore CALAGURITANORUM execrabilis impietas seque progressa est: qui quo perseverantibus interempti Sertorii cineribus, Obsidionem Gn. Pompeij frustra tenent, fidem præstarent; quia nullum iam aliud in Urbem eorum se pererat animal, uxores suas namque ad usum nefariæ dapis vertunt: quoque diutius armata iuuantibus viscera sua visceribus suis

suis aleret, infelices cadauerum reliquias salire non dubitarunt.]

SED duo sunt tamen quae premere in contrarium possunt, si quae de Fibularensium sede si quae sunt dicta vera sunt. Suae namque ea sunt carminas:

Vascones, ut fama est, alimentis salibus usi

Produxere animas. Sed res diuersa: sed illis

Fortuna inuidia bellorumque ultima, caesus

Extremi, longe dira obsidione egestas.

Quae certe videntur referenda, ut non de ea CALABURIA quae in Norgetibus aut prope, sed de ea quae in Vasconibus accipians fer: nam cum dicat ferali dape Vascones osses, et aliunde condat CALABURITANOS confirmasse scelere fodage, fit profecto de CALABURITANIS, qui in Vasconia accipiendae. Nec nulli sunt, qui in hanc sententiam pedibus ire viri dodi. Contra tamen mihi certum est, nihil omnino esse, quod nos eo compellat, ut ea carminas de CALABURITANIS accipiamus, quos nullo ea tempestate in Vasconibus fuisse putamus, post nonnullos annos deducit Municipi. Alia ergo res referenda est. Cuius, inquires? Vascones a Metello obsessos, in eamque necessitatem compulsi, ut carnibus humane secerentur, auctores habeo, qui afferunt: quanguam ab Annibale eadem passi fuisse dicuntur. Cuiusmodi id erit, de Nasiceis, qui in Vasconibus, accipi nullo modo possunt, qui ea tempestate nati essent.

SUPEREST alterum Auctoritas Strabonis, quae in hisce rebus est maxima: [Cuius in oppidis] Herda scilicet, et Osea [Sertorius pugnas cepit extremas, et in Vasconum vrbē CALABURIA, cum et eliberis fuisse ciclus.] Sertorio ergo superbia CALABURIS in Vasconibus censetur, sedemque et nomen habebat. Ideoque, quidquid de illius conditione ab Augusto, bello Cantabrico confecto, disputatur, corruit. Nec otiam contemnenda Appiani auctoritas Lib. 11. Bel. Civ. [Pompeius vero Pallantiam obsidens suffusa moenia subditis stipitibus suspenderat, cum Sertorius superueniente oppugnatio soluta est. — Sertoriani reparata moenium parte, qua corruerat, hostes ad CALABURIAM adepti occiderunt tria milia.] Cuius ex verborum quare Hispanicarum gentium, quoque sita quoque locaretur, fit certum eo iam tempore Calagurim in Vasconibus fuisse.

Mihi vero haec, quaequam non nemini magni esse ponderis
 videri possunt, Leuira videntur. Nam in Strabonis verbes, quae vi-
 gere magis possunt repugnantem, libere ut dicam, aut mandum et
 se suspicor, ut pro Vasconum vrbe, Vascitanorum vrbe, reponen-
 dum sit: nam Osca, prope quam CALABURIS, Vascitania Regio-
 nis oppidum dicta est a Plinio; nec difficile fuit ab uno vocabulo
 in aliud transitum fieri, praesertim cum Vascitanos non nulli Vasi-
 tanos potius appellandos censent: neque aliud inter utrumque dis-
 crimen, nisi quod in Vascitanis casu gignendi multitudine,
 litterula quatuor adduntur ad Vasconum nomen, ceteris omnino
 non mutari. Vel potius cum Ilergetes in quibus Osca, et Vaso-
 nes contermini essent frinitimique populi, dicemus utramque
 CALABURIM in Vasconibus fuisse, alteramque Nassicam nem-
 pe vergentem magis ad Boream, alteram ad Austrum magis
 FIBVLARENSEM: ideoque Osca proximam, cumque ea con-
 tributam, quam in sententiam eo libentius eo, quo, si ita cense-
 amus, Straboni auctori bono nulla erit opus medicina: satius
 quae semper esse existimavi Scriptores defendere, quam sanare.
 Neque erit credo cui haec violenta videantur, cum nihil magis
 ex usu cuius fieri, quam confundi proximarum gentium fi-
 nes, limitesque, aut etiam variari: Nam quod amicus volebat,
 Voculam illam [Vasconum] additam Straboni ab scio quoque pi-
 qui non aliam suo tempore CALABURIM, quam eam quae
 hodieque in Vasconibus est, sciret esse, et fuisse unquam ignoraret,
 vereor, ne libentius et vanius dictum videatur. Mihi certe est modus
 emendandi Scriptores probari nunquam poterit.

REDEO ad FIBVLARENSES eorumque fidem in Sertori-
 um, etiam post eius exitum. Prona cum omnia Pompeio essent,
 offidente urbem Afranio illius legato; et operas adiuuante, ut
 nihil aduersus famem supremam calamitatem diu potest possi-
 nere, vrbs tandem, quae variis prius et acerbiora a se ipsa, quam
 ab hoste passa fuerat, occupata, vihoris exercitus perperam licen-
 tiam et iras, funditus pene deleta incendio et caede: Si dei in Ser-
 torium tanta documentum, quanta in Romanos ~~Strabonem~~
 Saguntinis, quantam et inuideri possint, veteriora saecula, et a
 mulari posteriora: argumentum lapis erit, hodieque prope Lau-
 ron?

nam urbem, qua noster Logrono esse putatum nunc etiam extans,
Cuius quamquam alij meminere non pauci, nefas tamen esse duci
preterire hoc loco. I. Gruterus inter spuria suo solitus iure reiecit.

DIS. MANIBVS

Q. SERTORII

M. E. BEBRII. CALAGVRITANVS

DEVOVI

ARBITRATVS

RELIGIONEM ESSE

EQ. SUBLATO

QVI OMNIA

CVM DIIS IMMORTALIBVS

COMMVNIA HABEBAT

ME INCOLUMEM

RETINERE ANIMAM

VALE VIATOR QVI HAEC LEGIS

ET MEO DISCE EXEMPLO

FIDEM SERVARE

IPSA FIDES

ETIAM MORTVIS PLACET

CORPORE HVMANO EXVIS.

MIRVM tibi creda non erit, lector, si eorum, qui tam perti-
nace studio, etiam usque ad extrema fata sui ducibus adhaesere,
ac nefas esse eo casu in vicium esse ^{putaverit} Virtutes fidesque admirationi
Augusto fuit; eorumque cohortem corporis sui custodia delegit.
Author Suetonius. Nam post eam cladem acerbissimam urbi
illatam ab Afranio Pompeij Legato, sibi iterum ut eumque
restituta; cum belli secundior alia ad Caesarem inclinaret ad Ner-
vam, defecit ad illum, propior in hominem non modo Pompeio
Pompeianisque palam inimicum, sed Mariani factionis, cuius
etiam Sertorium fuisse sciebat: tanquam in Caesare uno, ducem
quam amiserat habitura. Ex eo tempore aucta invaluit flo-
ruitque virtute et opibus, ut in pristinam dignitatem restituta
videretur.

CALAGVRITANI mentio in veteris monumenti, inter suppo-
sita relato a Grutero eodem iure. Barchinone etiam num exta

re sunt qui affirmant. Habe hic illum, vel quia in eo CALAGURIS
nomen videt, vel quia Gentilis vanitatis ac Superstitionis argu-
mentum est, a caliginoso illo aeco.

D. M. S.

BELLO SERTORIANO VULNERE SUSCEPTO
A CALAGURITANO IN VIA QUEM MANU
EXTEMPO FODI ACQUIRENDÆ VALETU-
DINIS GRATIA BARCHINOVAM PETII AES-
CVLAPIO VOTA VOVI TEMPLUM INGRATO
UT FIERET STATVI MORTE IMMATURA
ME INTERCIPIENTE ET A VALETUDINE
ET AB AVRA ADOLESCENTEM MISERABILI-
TER DESTITVTVM VIDES EQ. M. SP. POM
CALAGURITANI ætherius mentio, in alio penè orbe in cippo

prope Neomagum Germaniæ Aethores Smetices et Græcoras.

AURELIVS. T. F. CAL

VOS. *CAL. MIL. LEG. X

GEM. ANN. XL. STIP. XVIII

ET. M. AURELIVS. T. F.

*GAL. FESTVS. CALAG.

ANN. XXXVIII. STIP. XVII

ET. AURELIVS. FAVI. F

FLAVIANVS. LIXA. ANN.

XVIII. HIC. SEPTI. SVNT

*S. V. T. L. H. F. C.

*Calatinâ, nomen tri-
bus.

*Calerîa, nomen ite-
ribus Romane.

*Sit vobis terra Læuis
Heret faciendum cura
est.

SUPEREST patremo hoc capite verum FIBVLARENSESVS
situm statuamus. At certe nostro aeco eorum præteritum
nomen in veterum scriptorum monumentis conseruatum, si se
peresse nihil dixero, a vero longius non abibo. Ea fata magna-
rum urbium, etiam earum, quarum origo ætatem omnem
videt, interisse tandem præsus: ut cum fuisse legas, quo tem-
pore defierint nescias, aut vbi iam sint vise. Ut minus mira-
ri iam debeamus magnorum hominum memoriam, et nomi-
na intercidere, quando et ea, quæ æterna futura videbantur, præ-
sus tempori cedunt, vix ut aliubi spolia tenuissima supersint.
At cum FIBVLARENSES CALAGURITANI non præculta

H.

vibe

vrbē collocandos esse dixerimus, ex Casare, inde factum ut nonne
 mo eadem sede locata existimet qua hodieque oppidum est LO
 HARRE vrbē Orca Boriam versus M. P. XV. non multum ablu
 dente vocabulo. In eo oppido, Iuliani comitis, cuius perfida Affis
 prodita Hispania, sepulchrum incerta attendunt: cui rei quantum
 fidei debeatur, nunc non discuo. Eo certe loci veterem CALA
 GVRITM fuisse, multis rationibus persuasum se existimare Blan
 cas affirmat: quae si vel eo loci, vel alio adrecesse, magna nos
 molestia liberasset. Sed quae ille non addidit, non adeo firmas sus
 picamur, imo non alias ad huius quae nos adrecesse, quod scilicet
 est prope Orcam, et vocabulo satis simile oppidum esset: quan
 quam eo etiam loco nonnulla visuntur antiquitatis monumenta.

CALAGVRITANINAS

Sici: ab Augusto deducti: Muni
 cipes non Colonae fuisse:
 Iapsus Ant. August.

CAPVT XXVI.

OCCVRRVNT NASSICI POST FIBVLARENSES, ET IPSI CAE
 sarangustano concenitui contributi. Opus Aug. Caesaris eodem ferme tempore
 quo et Casarangustam auxit, et Casam condidit, cum tandem post duabus
 nas molestias Cantabrorum gentem post iterata exiguam iugum debellasset.
 Huius rei Goltzius auctor est Aug. solus quod equidem viderim, reorque
 ipse scriptor, sed diligens et bonus: nec parum non habuit, quibus sententia
 hanc suam stabiliret, quam ^{quam} a nobis omnibus vestigijs inquisitis auctor
 rei tantae nunquam visus est. Rem ex illo habet. Dum haec in Cantab
 bria gerantur per Legatos, Augustus Iarracanem valetudinis curandae pro
 fectus: dum nocte ut actum vitaret, iter facit, fulgur forte lecticam eius
 perstringit: seruum cum face praesentem exanimavit: Ipse eo pericu
 lo liberatus, eodem loci Romanti vocit. Ibi et CALAGVRITANORVM ma
 num, quam Romae ut praediximus ex auctoritate Superiori anno, quo
 rumque opera die ac fideliter ad corporis custodiam usus fuerat, Missione
 et pra

et pramijs donauit agrumque in variationibus ipdem assignauit: Oppidū
 quae eorum MUNICIPIVM CALAGVRITANVM cum cura militandi
 in Legionibus Romanis constituit. Haec fuisse NASSICAE CALAGVRIS
 initia ab Augusto condita ea gente deducta, quae diuturna in Príncipe
 Orbis maximum pro fidei laudem apud nos missione honesta pramijs
 quae donari est meritas. Exauthorandi milites causa fuit (nam exau-
 thoratum ex Suetonio constat) quam Celtiberiam reddidit. [Docu-
 to quoque erit (Agrippae sunt uerba) tenuit ultra ciuilem pietatem af-
 felare, si CALAGVRITANORVM manum, quae magno ciuium terro-
 re latera tua, tanquam tyrannidis subsidia, sapere iactatur, exauthora-
 bis. Quiritatur utique eos barbaros esse, crudelitate et ferocia contu-
 maces, ad quodlibet facinus audendum venales, licentia ad cuiusque in-
 iuriam praecipites: et meruarij milites salera tibi dantur crimini.] Itaq.
 vitanda inuidiae tyrannidis affectatae cum ipsum militem à quos-
 disime ~~feruente~~ custoditus exauthorauit: sed meritorum in se et
 de se memor donauit agris: ne cum ipso, à quibus nunquam desitue-
 tus ipse, saepe etiam eraptus periculis esset, desituere ludibrio ceteris
 habendos uideretur.

ILLI ergo in Municipium deducti Patriae nomen conseruare
 uoluerunt NASSICI tantum cognomine dicti discrimine gratia
 ut qui CALAGVRIM audiret FIBVLARENSES, à quibus illi
 genus ducebant, meminisset; qui uero NASSICAM, aliam sciret
 à priores. At quanta Celtiberiae nostra gloria ex eà potissimum
 gente Augustum sibi praetoriam delegisse cohortem, quae domi et
 peregre euntis latera cingerentur? Primi nationum omnium
 Celtiberi ad militiam Romanam mercede conducti: primi ad cultu-
 diam Caesaris adhibiti. Nam quam cohortem Iulius Hispano-
 rum custodem habuit, auctore Suetonio; eandem ipse CALAGV-
 RITANORVM fuisse existimo, fideque in Iulio probata, Augusti
 eandem corporis custodia adhibuisse.

NUNC CALAGORRAM uulgar indigetis Superioris Castellae
 urbem ad Herum uicem ad confinia Nauarrorum, qui Vaso-
 num pars. ILLIAM cognomen dictam ex numis colligimus,
 quorum ab amicis habuimus plures Augusti Iberique: quorum
 propter diuinitates maxime, et CALAGVRIS cognomina hic
 habet imagines expressas.





EX HIS Municipium CALAGVRIM fuisse constat perspicue. At Ant. Augustinus Coloniam fuisse censet, non quod a principio fuisse existimet, nam nec numerum elucere fidem potest, quæ supra fidem aliam est omnem; sed quia cum a principio Municipium fuisse, post ea in Coloniam transiit, sic enim illum existimare necesse est. At quod eo impellere potuerit virum aliquem doctissimum vide. Numos viderat in quibus eae litteræ compendio scriptæ C.C.A. quæ ipse Colonia Calagurim Augustam interpretatur. Sed eos numos omnes non Calaguritanos, sed CesarAugustanos esse suo loco monstramus, ut nulla superesse possit ambigendi ratio. NASSICAM scripsi s. gemino, sic enim omnino in veteribus numis scripta auctoritate: facie altera effigies, ut si visetur ora probò, quam iuuenis Augusti quæ esse suspicetur, ut his litteris: NASSICA. in altera parte tauri effigies, qualis in alijs numis, cum his supra taurum litteris: CALAGVRIS: et infra taurum: IVLIA. In Plinio ergo non NASCICOS, sed NASSICOS leges, quod per antea non fecerunt alij. Numum hic habes, ex Mont. Promtuaris.



STIA vrbis est ad Iberum amnem loco edito et sublimi, ideoque Montana dicta Paullino. H. Emercio et Celidonio martyribus apud se patri principem quadam pietate addictis. Episcopalis etiam inde ad Gethorun acco, extatque eius mentio in Concilio Hispanico non vno loco: nam Concilio Toletano III. Reccaredo Rege inter alios Patres subierunt [Munimius CALAGORRITANE Ecclesie episcopus. Nunc Episcopalis sedes ex aequo duabus in vrbibus est CALAGVRRE nempe, et S. DOMINICO de la calçada. Cuius M. Fabio Quintiliano gloriatur teste D. Hieronymo non vno loco [Quintilianus ex Hispania Calaguritanus nunc primus Roma publicam scholam tenuit, et salarium e fisco accepit, et clauisit.] et alibi aduersus Vigilantium. [Ille Campo Calaguritanus et in peruersum propter nomen viculi mutatus. Quintilianus miscebat aquam vino.] Ausonius item:

Primum

Primum Burdigalae adumen dicere Minervae,

Alter Rhetorica Quintilianae togae.

Adferat vique licet Fabium Calaguris alumnus,

Non sit Burdigalae dum Cathedra inferior.

Evocatus a Gallia Romam contendit, ubi ibi sex et viginti annos oratoriam et professus; primus qui mercede conductus à publico iuventutem Romanam institueret. Cuius Romanus et Senator, nobilibusque discipulis nobilior ipse, Plinio iuniore aliisque eius aetatis luminibus. At quoniam Calaguritanum fuisse constat, vna tamen vrbis natus non constat, nam scriptores Calaguritanum tantum affirmant. Ita que possunt et NASSICI suum, possunt et FIBVLARENSES apud se natum contendere. Sed cum vna nunc CALAGURIS retineat nomen, eo abire scriptores Hispanicarum rerum recentiores, ut apud eam natum dicant, alterius nulla mentione facta, nimirum quia cum non esset, non etiam negat. Sed ut dixi anaps utriusque est ius. Nam quod Prudentium CALAGURITANI videntur apud se natum, quo etiam Hispanicarum rerum scriptores Castellani inclinant, perspicue falsum esse suo loco demonstrabimus.

EDETANI QVI? INTER

Celtiberos locandi: Ptolomaeus il

lustratus: Plinius emendatus:

Liuis lux.

CAPVT. XXVII.

HACTENVT GENTES ENVAERAVIMVT, QVAE CAESARAUGVSTANO
Conuentui contributae à Plinio sunt: nam quoniam alio etiam popu-
lo eo conuenisse ad iura petenda, ex eodem scriptore certum est, in illis ta-
men diuinare, quos ille emisit, nobis libet minimè. Jam quoniam CAE-
SARAUGVSTAM SEDETANORVM urbem fuisse Plinius eodem scripsit, dispu-
tare nunc libet, qui aut qualis populi SEDETANI essent, et quo maxi-
mè locandi sibi. Quae certe res impedibilissima non vna difficultate est, vel
scriptorum veteris aevi inopia, vel eorum, qui fieri suspensiter errare
aut vitio. Quid nobis vero videatur similiter, quantum in probò sibi la-
borè

bore potestatem consequi, iam dicimus. Neque vero quis putet aut speret, nos
 a nobis fidei omnino stabiles, et de quibus docti dubitare non possint, asse-
 rendas: tantum coniecturas damus, non illas saepe contemnendas; sed con-
 iecturae tamen sunt, quae ut firmissimae videri possunt, magis saepe in
 genij opera sunt, quam rei ipsius. Atque via difficili impeditaque vel lapides
 amouisse, et offensionem parata impedimenta, non veniam modo, si qua
 alicubi offensa et errasse contingat, sed et gratiam mereatur.

ET Plinius quidem SEDETANORUM duplicium indicavit dissi-
 men, aliorum in Garracomeni conuenticis Gerundensibus non procul a
 litorum in Caesaraugustans, in quibus CAESAR AVGVSTA. Eorundem
 et Licinius meminit A. V. C. XXVIII. eosque Scipionis acce. Populatio
 mani fuisse socios scribit. [Mandonius et Indibilis, quibus quia Regni
 sibi Hispaniae partes inde Carthaginensibus destinarent animis, nihil
 pro spe confugerat, concitati populatibus (Lacetani autem erant) et iuu-
 tate Celtiberorum excitata agrum Sessitanum, SEDETANVMque socio-
 rum pop. Romani hostiliter depopulati sunt.] Quae dea integra retulimus
 quia ad explicanda eiusdem Licij alia neaspariasidicauimus. Strabo
 vero lib. III. haud certe maluit autem SIDETANOS appellauit. [Post Celti-
 beros ad Aultrum sunt montani Orpalam habitantes, et spectantem ad
 Secoronem regionem SIDETANI usque Carthaginem: Bantitani et
 Oretani ferme usque Atalacam] Vides haec quam varia sint. Sed
 Sidetanos Straboni alio a Plinij esse SEDETANOS agnosces, si fidei
 usque agnosces. Strabo fuit illos ad Aultrum Celtiberorum locat, et
 alij illi non ad Aultrum, sed ad ortum Celtiberia excurrerent: illi Car-
 thaginem attingebant, aut certe prope eam fundebantur: hi Valentia
 non attingebant, a qua ad Carthaginem multarum miliarium inter-
 uallum est. Nec magis cum SEDETANIS Licij, Strabonis conueniunt.
 Nam ij quorum Licius meminit, proximi Lacetanis erant, unde
 nempe orti Mandonius et Indibilisque eos depopulabantur, ab alioque
 praedix dicebant. itaque videtur non inter Lacetanos Sedetanosque
 Licij ^{haud multum} intercessisse spacij, ~~quod magis~~ ~~intercedit~~. At Stra-
 bonis Sidetani Carthaginensibus erant conferrimi, aut certe adu-
 gabant. Sedetanos etiam Gerundensibus proximos nosse esse non
 posse multa occurrant, quae quia plana sunt, consulto omittimus.

DIFFICILIS illud et impeditius. Sintne Plinij Licijque SE-
 DETANI idem, an contra? Impeditius dici, quia quae de SEDETA-

NIS

Nisi prodita a Licio, impedita sunt maxime, talia certe visa sunt Glareano, ut nunquam satis accipere Licij diligentiam videatur. Et vero profuit, debentque magnas ille vir diligentius haec omnia pertractare. Sed in tanta rerum, eventuumque mole, qui miratur alibi Licium indigentius laborasse, vanus sit, ignorans, quid homo minus simus. Sed videamus num quid opes afferamus. Verba haec sunt [Palquam vulgata est atrocitas supplicij, suam quoque noxam patri poena et limatam rati, vocatis rursus ad arma popularibus, contrahisque quae antea habuerant auxilij: in SEDETANVM agrum Vbi principio defectio nis Statua habuerant, cum XX. millibus pedum, duobus millibus equitum et quingentis transenderunt.] Vides orge in SEDETANIS haec gesta, quae maxime animadverti est opes. Deinde: [Ab hac oratione dimissos, ad iter se comparare indiem palerum cubet, post feles quae decimis castris pervenit ad Iberum flumen: inde superas amni, die quarto in conspecta hostium posuit castra.] max pagna locum, et pagnam ipsam viciniamque describit. Nobis ad dicendum de re haec satis esse videntur, quae adducta sunt. Nam cum Man donius Indibilisque castra in SEDETANIS haberent, nec ante quar tam Lucem postquam Iberam amnem saperet Scipio in hostiam conspectum venerit, sit omnines SEDETANOS horae Licij non modo ca Iberum locandos, sed longo etiam regionum tractu, quatuordecim nampe itinera, ab amne. Quare opus est, ut Plinij Licijque SEDETANI diversissimi sint, magnoque spacio distiti intersese, cum ^{alii} ultra Iberam omnino versus Saguntum excurrerent, alij, et ibi rorum, ab eoque remotissimi essent. mihi via dabitur est, Sedetanor Gerundensibus conteminos, quarum Plinius in Tarragonensi conuentu nominat, eodem esse cum Licij gentibus eundem nominis. Sic certe perspicua omnia, et plana plana: nam hic omnia cessant, quae Glareano visa non modo difficilia, sed omnia confessa ac perturbata. Ab Carthagine noua: Vbi Scipio, cum expeditionem hanc aggressus est, ad SEDETANOS ultra Iberam seors, quatuordecim iter satis superque erat, cum tamen ad alios non ante diem quatuordecim iter pervenire, ^{supponem} potuisse, sicis prodit. At ab Ibero flumine, ad Gerundam

Caes. per solus stipendia non solum sui, sed Praetoris etiam militibus, reliquisque omni exercitu in castris praetoria

nis, ipsi cum septem cohortibus

ad Iberum et regressus, ea tam exigua manu oppida aliquot cepit: desuere ad cum Sedetani Ausetani Suesitanij hui. ab. v. c. XXXIV. XIX.

liber

Mixti vero, quanguam omnia haec apud Ptolomaeum satis confessa esse videntur, aut scriptoris, qui haec non ita perspicue sibi cognita, tamen scriptis mandavit, aut certe temporum vitio: ut saepe mirer, viros doctos tam non modo facile, sed secure etiam Ptolomaei sententiae adherere, ut in eis tam praeconi studij conquiescant: cum tamen plerumque sunt, quae si sterili cura ac iudicio curi expendantur, aegre consistant, et saepe gentes confundat, saepe oppidorum metes aut nomina aut sedes: (quae non pauca observata in nobis sunt, plura etiam maternis) quamquam haec inquam mihi satis visa sunt in illo confessa, tamen et apud illum EDETANOS retinendos, et ^{pro} EDETA NET apud Plinium substitutos existimo. Nam cum apud Ptolomaeum Edetam legamus urbem, à quibus EDETANORUM appellatio, quod oppidum hodieque extat in Valentino Regno LIBIA dictum, eadem fere appellatione qua antiquitus dictum LERIA: consequitur certe ut EDETANOS ab EDETA urbe dicti existimare debeamus: nisi vero quis utriusque in Ptolomaeo mendum irraspice velit, et pro EDETA SEDETANUS tendat substitui debere: quod nemo habentes somnians, et quisquis contenderet nulla id stabili ratione stabilire posse. At si de mendo suspicari liceat, potius apud Plinium geminatum litteram proximis cabuli potremam, et ex REGIONIS EDETANIAE REGIONIS EDE TANIAE factum affirmari: qua in re quam facile fuit errare propestantem scriptoris manum?

NEC vero, quae in oppositum disputata, vrgens aut movent: neque difficile sit Ptolomaei sensum eruere, quae nuper dilata sunt maxime comprehensa, quod perspicue demonstrabimus, cum de Edetanorum limitibus disputabimus. Cecidit de Dianio motum, et expendendum. Et quidem vulge persuasum ac sibi Cosmographorum vulgus, nec vulgus solum, sed etiam peritissimi quique Dianium Ptolomaei Deniam esse, eandemque et Artemisium, et Nemesioscopium Sertorij: inquam iuisse sententiam mihi videntur. Quam vocabulorum dandi affinitate: quae quam sit infirma ratiocinandi ratio alibi expendimus. Neque tamen tam foede errassent si ad siccas respertissent. Denia certe oppidum est infra Sacronis amnis ostia Carthaginiem versus, ~~per~~ quia Sicanonensis sine finem habet: Dianium autem ab Ptolomaeo post Turalim flucium, qui Valentiam interluit, collatur. Imo cum Valentiae latitudinis ut vocantur gradus XXXIX, as signet, Dianio autem totidem, cum dimidiato, fit ut Dianium

Urbe

Urbe Valentia Septentrionalis sit XXXII. passuum millia. Quod si
 qua ab Ptolomaeo de Dianis prodita sunt certa existimemus, sit omnino
 ut est loco locandum sit, quo hodieque oppidum est Peniscota, aut Vi
 naris, extremum sub finem sinus Sacronensis: Denia vero Satabica
 La exit Ptolomaei. Quasi dicamus, quod in oppositum pugnantem videba
 tur corrigit omnino, neque enim tum Dianicum extra EDETHANOS
 A.M. situm. Quoniam ego Ptolomaeum in Dianis lapsus puto, neque eo
 constituendum trahi, quo videtur ipse, sed ibi omnino sit nunc Denia est,
 nouem a Valentia Urbe Hispanici leuiss ad austrum: neque ea dote du
 bitari a quoquam potest, qui veterum Geographorum scripta vel ali
 mine scelerat. Nobis vixit pro omnibus Strabo erit, qui Dianis situm
 graphice expressit, quasi id ageret per summum otium, quod perqui
 rimus. Inter Sacronem et Carthaginam tria Hispaliensium sunt oppi
 dula, haud procul a flumine; ex iis celeberrimum est Hemeroscopium,
 quod in extremo promontorio Diana Ephesia habet sacellum, frequentis
 religione cultum, quo sortitiones ad res maximas usus est receptaculo.
 Cum et municipium sit, et ad rem piraticam commodissimum, et
 nauigantibus etiam e longinquo propelleris. Diuum autem Artemi
 siam, tanquam Dianicam, et habetque ferrarias optimas in pro
 pinquo: et Planiam, Plumbariam, et Limnothalassiam paruas in
 sulas eminentes. Quae omnia ita Deniae concurrant, ut dubitari non
 possit inibi Dianicum Hemeroscopium Artemisiam collocandum: Itaque
 Dianicam extra EDETHANOS, inis, extra Conthacantiam fuit, qua in
 re mirifica hallucinatur Ptolomaeus. Quibus quae de EDETHANIS di
 ximus certa manent, et ut nullum non testimonium habeas ad ea
 rem stabilendam, habe monumentum, quod etiam nunc Ferracone
 est.

M. VALE R

GAL PRO PINQVO

GRATTIO GERBALD

EDITANO FLAM

Quae sequuntur ad rem haud sunt.

SUPEREST extremo hoc capite, ut EDETHANORVM situm, limite
 terque statuamus. Excurrerant a Septentrione in Austrum conuen
 ti intragrades, sed postea XXXIX. et duae tribus vnicuique partem

XL1. et duas item viciis tertias. Spacio scilicet Leucarum ^{intra} supra
 quadraginta: latitudine ab ortu in occasum non eadem. Ad Septemtri
 ones Ibero flauio, ab Oriente Ilexgetibus, et Ilexcaonibus, a meridie
 mari Balearico, ab occidente Celtiberis proprie dictis. Idubedaque mo
 te, qui ut Solibicus est auctor, ut alicubi monuimus, illos ab caeteris
 Hispanorum discriminat. Porro in Edecanis Ptolemaeus populos
 recenset Caesaream Augustam, Bernamam, Eboram, Beliam, Aspi,
 Damariam, Leonicam, Osicordam, Etobesam, Lasiriam, vel Larissam
 Edecan gentis caput, quae etiam Lexia, et Sagunticum. De Belio,
 Damaria, Leonica, ostiendenda dictum supra. Edecan Liriam esse con
 stat, quae et nomen retinet in Valentino regno. De caeteris diuinan
 dum, quando nullus Geographorum lumen intulit in tantam noctem.
 Sic noctis imagines si dederimus, nemo non credo reprehendat, ut nec est, qui
 caliginoso loco manibus sibi subsidia quaerunt. Bernamam, sive
 Bernalam Darocam puta, et quicumque nomen situm contulerit. Ebo
 ra, cui cognomines in Hispania plures. Aquara forte est, ab ea certa
 non multum distans. Aspi, qui Harisiam esse dicunt, ridiculi erra
 runt. Harisa ad extrema Anagoriam quatuordecim viginti supra Piel
 solum passum millibus ad ^{occidentem} ~~occidentem~~ distans est. ~~At~~ ^{At} Aspiam Ptolema
 us longe infra Caesaraugustam ad Regni extrema, quae Valentiam
 attingit, sitam viduit. Sed ab Aspi ad Harisiam sibi fraudei erroris
 transire: neque respexerat ad situs. Mibi quo nunc nomine appella
 tur ne coniectura quidem apparet firma. Sed eo dicebat animus ut
 putarem aut Albarraicium esse, aut prope eam urbem certe ~~putarem~~
 nec site repugnante, nec absidente nemine. Et erat amicus, qui pu
 tarat ab Afris Aben Aspin, quasi Aspi filium dictam, post immu
 tatis parum sono Albarraicium dictum. Coniectura non ilepida. Na
 quod alij vident Albarraicium Iobetum esse Ptolemaei in certis mul
 to est, nam cum Ptolemaeus Iobetanos maxime Orientales Celtiberis
 fuisse affirmet, Albarraicium tamen eius gentis, quae proprie Cel
 tiberi fuerit, respicit, Hadraicomet. Etobesa inter Osicordam et E
 decan aequo ferme intervallo sita olim, aut Segorbica est, aut ab ea urbe
 non admodum distans. Nam Segorbiam nostram aliam a Segobrica,
 quae Celtiberiae caput fuit, multa persuadent, ut superioris est a no
 bis indicatum. Lasiravilla real est omnino. Sed has coniecturas esse
 vides nudas, quaequam maximam partem a situ sumtas, quae con
 tiones

leues sine dubio sunt. Certe nisi omnino situm earum gentium in
discernimus, ab locis tamen indicatis non admodum recessisse certum
nobis est.

EDETANOS autem aut omnes, aut eorum certe partem maximam
intra Celtiberiam fuisse, si nomine Celtiberiae non eam gentem solum
qui proprie Celtiberi fuerit, sed eas, quibus nomen et Societas communis
facta accipiamus, dudum mihi persuasi, magno rationum, et con-
iecturarum pondere, quia longius in Celtiberis excoctissimas. Strabo
certe Caesar Augustam in Celtiberis locat, quod non alia ratione consta-
re queat, quam si EDETANOS inter Celtiberos etiam, aut saltem es-
suum partem, quae ad Iberum vergit, numeramus.

CAESARAUGVSTA IN E-

detanis ante Augusti aeuum. Saldu-
ba dicta, denomine coniectura
facta

CAPVT XXVIII

ROMANORVM COLONIAE AVT IN AGRVM BELLO CAPTVM
procreandae sibi deducit, aut in Urbes alias subactas aliae in re-
subactas inducta. Vtrique rei comprobanda multa in veteris aui scri-
pturibus occurrunt exempla. Hygenas illa prodidit, qui vnus nobis
multorum fuerit vice. [Aegre D. Augustus in assignata Orbi terra-
rum pace, exercitus, qui sub Antonio et Lepido militauerant, pa-
riter et legionem suorum militem colonos fecit, alios in Italia, a-
lios in Praeueniis. Quibusdam delatis hostium civitatibus, nouas Ur-
bes constituit, quosdam in veteribus oppidis deducit et colonos nomi-
nauit.] At quos in veteri oppido deducit, Coloniam contigit, aut
veteris procre appellacione addebatur cognomentum ex varia causa;
aut omnino procre abstergetur vocabulo, inducebatur nomen. Salduba
certe, quae hodi Natua est, nomen retinuit, (Augusta Valeria tan-
tum cognomento dicta) nam prisco nomine et a Plinio, et a Ptolemaeo
aliquae nuncupatur et eodem modo alia passim oppida in Hispania.

At Illucis. Felto auctore, prorsus expuncta priore prisca appellatione, Graccurris dicta est a Graccho nempe Sempronio, cuius auspicii con-
dita, aut potius inhaurata. Et nisi Felto priscum nomen prodidisset,
prorsus esset nobis obscurum, fuisset ne eo loci ante Gracchum oppidum,
quosue nomine dictum. Sed

SIC CAESARAVGVSTAE prorsus contigit: nam cum ante Augusti
SALDVBA diceretur, amine ac nomine commutato ab Conditor, aut in
hauratione, et illustratore Augusto Cesare CAESAREAE AVGVSTAE nunc
cepata est. Auctor Isidorus Hispalensis. Et Plinius Pater Lib. III.
[CAESARAVGVSTA Colonia immunis, amine Ibero affusa, vlti-
pidum ante vocabatur SALDVBA Regionis Edetanicae] Sed et in re-
bus Lapide apud Loaisam, qui tamen nobis incertus est fidei, qui a
quod nullum alium, illius mentio est, ea calant.

COL. CAESAREAE AVGVSTAE SALDVBA

Itaque Oppidum ante Augusti aenum fuisse constat; quale autem, aut
a quo calculum, eo quando obscurum est. At qui velit in antiquita-
tis illa caligine palpare tenebras, ei id ut faciat per me quidem licet.
Contendat eo site, quo nunc CAESARAVGVSTA visitur omni aeco ur-
bem fuisse magnam opulentamque: nam quis quae vel semel viso
agro patentissimae feracissimo, confluvia trium aut certe quatuor
annuum, colles circum circa leniter asurgentes, omnia ad culturam
commodissima, non statim prorsus inibi urbem opulentam sibi fingat?
Imo existimet ab Augusto prorsus nudum nomen, nouumque Coloniam
huc aliquid quod ad magnitudinem attinet accipere? Nisi vero quis
putat tali agro, tam vberis glebae, tam patente non urbem opulen-
tam, sed oppidulum obscuri nominis, ad usque Romana arma in
Iberiam illatas, et Augustum verum positum, existere. Contendat in-
quam qui vult huius arguti, SALDVBA antequam Augustus
Coloniam deduxisset opulentam urbem, nec modo oppidum obscuri no-
minis fuisse. Mihi certe illud in oppositum multum ponderis habere
visum est, nullum prorsus unum Plinium eius nominis Urbem me-
minisse. Neque enim fieri posse castissima quis, si ante Augustum
SALDVBA magna fuit vberis et opulenta, elicitur apud scriptores
Romanorum, et Hispanicorum rerum, extaret memoria, maxi-
me dum res Celtibericas describunt; quae non modo notatis oppidis,
sed saepe etiam obscurissimum nomen fecere. Et potest multiplex esse
causa

causa cur eo loci non magna et opulenta civitas, sed exigua ignobilis
que existeret.

At enim de antiquitate si roget, antiquissimam fuisse dicam, quatenus
pore aut a quo condita, nemo potest affirmare potest. Illud certe quod a
non nemine observatum accidit dicitur, huc maxime facit: eas urbes
quae vel nomen in Hispania Romanorum a quo non Romanum habue-
re, aut eas etiam, quae Romana donatae appellatione, vocabulo alio
dictas prius, constat antiquissimas esse, etiam si de conditore incerti
sit, aut dubium. Sic Morabii de Corduba sua, Colonia Patricia dicta
censet, nec immerito. Ergo nos idcirco non assimili SALDUBAM antiquis-
simam dicimus, cuius et ignoratur origo, ut a nemine prodi potest, et de
nomine tamen Ibero ante Romanum constat. Nam inhaerentem illi
tamquam Casaraugustam scimus, conditam noscimus; ut cum inhaerentem
gloriam Augustus habeat, condita laudem ne tempus quidem arrogare
sibi certo potest.

SED de SALDUBAE appellatione tacere cum vellemus, nonnulli
num tamen sine insidia sine audacia dicere coegit paucas SALDUBAE
aliqui indignitate, cum Plinius a quo alij nomen accepere non SALDUBAM,
sed SALDUBAM vocet. Aliam ei cognominem in Batica Plinio
maius recenset, in Turdulis scilicet, quam nonnulli. Ubedam esse vo-
lunt, quam recte non disputamus: eius etiam et Plinius, et Pomp.
Atala meminere. Nonnulli et flumen in eadem Batica Saldubam
constituunt, illudque esse contendunt, quod hodieque Guadalquivir
id est, Batis parvus nuncupatur. Sed hi loquuti sine ulla, neque ullam
partem ex veteris auct. scriptoribus, qui eius fluminis meminere. Et pro Plinij
verba praeter vel accepta vel distincta errori sensum reddere. [Dein lit-
tore interno oppidum Bantofula cum fluvio. Item Salduba oppidum: Suel,
Malacha cum fluvio federatorum.] Ita proferat Plinius lib. III. Capitel.
Atque pauci verbi miram sui germano errore turpiter cavet. Alii
legit [Oppidum Bantofula, cum fluvio item Saldubae] Eius fluvium
reponit fluentem, et Bantofulam originem. Alii verba sic permiscuit, ut
nomine flumen Saldubam inveniunt, sed federatorum etiam somni-
arunt, quod de Malacha urbe et cognomine amovet Plinius praediderat.
Sic alij ex alij erroribus, tamquam ex fatis ceteris dentibus emanantur. Sed
haec ne scripto quidem mandari, etiam improbanda, debuerit. Transito ad
urbem SALDUBAM, quam de fide nomen habuisse, ^{Baronius putat} ~~etiam~~

Addita hic vide sub ea
dem hae notas.

nec amio improbabile id usum.
~~habeantur~~ Multas esse vrbes in Hispania, dicebat, quarum ex
 trema appellationum littera esse BA. exemplo Monoba ad oram Ibeni
 ci maris, Corduba, Salduba; Onoba in Andalus; in Furdetanis Calduba
 et Osonaba; Norba Caesarea in Lusitania; in Bexonibus Oliba; Alaba
 in Celtiberias; Audea in Nemaonibus. Nam et Anatum in Taccetanis
 ex Anaba, Satabin in Contertanis ex Sataba, in Aneuacis Secubiam
 ex Secuba factas litterula vel addita vel mutata, suspicabatur potius,
 quam affirmabat. Tot vrbes eodem prope sono desinentes eoduanam voce
 icclaret BA. aut e contrario BIS, aut oppidum, aut pagum, aut vr
 bem, aut certe domum, vel quidpiam, quod affine esset, veteribus fuisse Hispani
 nis patrio vocabulo, aut ab alijs indulo gentibus, quicquid Romanos Hispaniarum imperium, aut illius partem occuparuut: nam qui secus potius
 set fieri, ut tam varie gentes sane conuenirent, nisi vox una eidem signifi
 ficandae rei impressa fuisset. Accedit exemplum vatum aliarum, quibus
 factum a BRIGA nomen in Hispania, qua non pauca: Desbriga, Seco
 briga, Mirobriga, Monobriga, Arcobriga, et ferentiae aliae; neque et qui in
 dubium vocet, vocabulo aut populum, aut simile quidpiam indicari. Qua
 in re dubitationem omnem, si qua superesset, amittet vrbes Augusto briga,
 Pelendonium vrba apud Ptolemaeum, et Antoninum, hodie Alca et Maru, ut
 non nemo potest: Flauia briga in Austrigibus eodem Ptolemae auctoritate,
 vrba olim Amendum portus, ut Plinius ait; Sella briga Cantabrorum, vrbs
 Plinio eadem, qua non procul Iberus incipit, habetque fontes; hanc non
 nemo Bitha esse existimat, mihi incertum est, qua nunc nomine ceperit:
 Bitha certe longius sita ab Iberi fontibus; Harum vrbum appellationes
 ex Latina et Hispana mirari quincere omnino, dicebat, BRIGA Hispani
 Populum aut affine quidpiam fuisse; et idem sit Augusto briga, quod Au
 gustadunum Aezile Nedcorum caput; Flauia briga, quae Flauio polis,
 Bithynia civitas Ptolemaei; Sella briga, quae Sello polis Asiae minoris ci
 uitas Plinio. Neque in his alia videri quam vocabuli frequentia, quod
 vbiq; occurrit in Hispania; neque potius esse illas quibus extremus no
 minis sonus BA. cur non etiam liceat affixam esse eam voculam aut de
 mum, aut vrbes esse, aut simile quidpiam? Nisi ille Salduba nomen
 factum existimat, et Sali deum, aut oppidum, vel affine aliquid Hispano
 uorum dicam lingua. Sicut coniecturam hanc inatici salis Mons pro
 batissimi saporis, prope Caesariensium gustam, et suo loco disputabimus; neque
 esse simile videtur vix a ore tanta, nomen vrbi factum.

EGO vero haec non tam vere quam acate et doctè disputata crediderim, facileque adducerem ut in eam sententiam irem, si Ialem illa Hispanorum veterum lingua Ialem dictum confirmaret: nam affirmare si velit nullo testè, ut temere dictum, non temere negare possi. At ipse conieceras haec omnes, quia nadam litterarum affinitatem venantur, in finimifimas esse dudum mihi persuasit: nisi vere ubicumque similitudinem aliquam litterarum inueniret, ibi etiam verbes condere, varijs ex causis rebusque dictas velis: quanguam peccatum hoc multi incepti nimiti, et frequenter peccant. Auesunt ab Hebraeis, Phoenicibus, Arabibus, Aegyptiis, Graecisque appellationum originis; et ut humana mens versatilis est iniqua iniquaque parca lubedo dicit, cum praecipue nouitatis ac eruditionis fama rapiat vel incitat, relique mysteria agnoscunt, et arcana scrutantur sonora; quo fit ut saepe, quae illi acata, docta, solida existimantur, condatis risum moueant, et fatilia, vana inepta videantur. Scio quae in nomen: sed silendum est. Itaque ad rem ut redeam, sententiam ego hancce inter incerta fidei, ne suspensa dicam, opinionationis; emendandam censeo; neque ultra de veteri urbis nomine disputandum.

COLONIA DEDUCTA AB

Augusto: deductionis annus praecipue
constitutus secus quam ab alijs
factum est.

CAPVT XXIX.

ANNVM VRBIS CAESARAVGVSTAE NATALEM, quo XLLI
et auspicio deducta Colonia praecipue constituitur difficile admodum non
fuit, nisi scriptorum in sentiendo varietas, nebulas dubitationem in
meram veri meridiem induxisset. Ab Augusto conditam, dum in
Hispania esset, bellumque aduersus Cantabros Asturesque vel immi
neret vel fereret, constare omnium sententia est. At deducta ne an
regiam Astures Cantabrique bello petiti forent, an contra postquam
debellati, et in plana deducti, dubium est: et maxima scriptorum
pars, imo omnes, quae quae habentur ad id se meminere, non ante
confe

confectum bellum, de bellatamque gentem, censent. An vero praequam
 rebellarent Cantabri deducti, ne in disceptationem quidem vacant. At mi
 hi non indigna res est visa, quam aliter pertractemus: nam cum Au
 gustum VIII. et nonum consulatum in Hispania, Ferracione scilicet
 ut in ipse constat, anceps quaestio est, quo maxime anno CAESARAV
 gustum deduci iussit.

ZVRSIA nobilis scriptor et diligens, sub nonum aut deimurum
 Augusti consulatum reiecit. Neque hominem doctum et raro dormi
 tantem firmamenta sentiendi defecere; at quamquam ille rem hanc
 isto iure et auctoritate sua diremisse visus est, nos quod ea pertrahere
 ut illam potuerit, quantum coniectionis assequi licet, indicabimus. Le
 gerat nempe apud Isidorum CASARAUGUSTAM ab Augusto Cesare
 et sitam et nominatam; Augustum porro bello Cantabrico ausca
 tum in Hispaniam non ante videri dimisisse militem, et in Coloniam
 deducisse, quam bellum longe molestissimum, hoste profligato, confice
 retur. Quid enim inuenerit, ut antea copias imminueret, ac veterem
 nem a signis et aie, ad agros et aratra transferret? At cum Can
 tabricum bellum non ante nonum consulatum initum confectum
 fuisse satis constat, imo Dio id expresse scriptum reliquit: [Igitur Au
 gustus, qui tum nonum consulatum M. Silano collega gerebat, ad
 uersum Salapros Perentium Varro nem misit, ipse bellum contra Can
 tabros et Alures suscepit gerendum.] lib. LVII conspicitur omnino ut
 non nisi confecto bello, Cantabrisque in Hispania deductis, nono scilicet
 abeunte consulatu veteranum militem missum fecerit, coloniamq.
 constituerit. Accedit et ratio alia ex Dionis verbis lib. eodem. [Fi
 nito hoc bello Augustus emeritos milites ex auctoritate, urbemque eor
 in Lusitania Augustam Emeritam, condere iussit.] Nam si non ante
 confectum bellum Emerita deducta, cur ante confectum conditam CIT
 SARAVGUSTAM ex veteranum existimamus?

At alijs Octavianum consulatum maluisse scimus annum Colonia
 natalem constituisse: quod quae potissimum eoductura ratio potuerit,
 non agnoscimus, nisi verum satis habere eo anno Augustum in Hispania
 reperisse, nam in ipse honorem illum Octavianum Ferracione
 ex Frangestello notatum est. At horum sentiendi forma vel eara
 tione satis infirmior, quam licet in alia abijt, non scilicet an
 te confectum bellum Cantabricum Colonia ab Augusto deducta,

quor

quod nono illius consulatu factum.

ILLUD mihi nullo modo probari potest, quod Lurita affirmare
 est ausus, Decimo fortasse Augusti Consulatu coloniam fuisse deductam
 cum eo anno honorem illum Roma iniisse C. Norbano Flacco con-
 lega ex Tranquillo planum sit. [Nec omnia Roma (consulatus) sed
 quartum consulatum in Asia, quintum in insula Samo, octavum
 et nonum Tarracone] ^{inijt} Decimum ergo Roma, neque eo anno His-
 pania illum habuit. Eo etiam tempore [terra marique pace parata]
 Cantabria domita [Janum Quirinum semel atque iterum ante
 memoriam suam a condita urbe clausum, multo breviori tem-
 poris spacio tertio clausit.] quae eiusdem Suetonii verba sunt. Eud-
 quam ab Augusto bis Janum Geminum clisum semel Consula-
 tu quinto, iterum Decimo ex Dionis planum est lib. LI. et LIII.
 Non ergo eo anno in Hispania deducta ab Augusto colonia, quae
 Roma erat, nisi vero deductam non ab eo dum in Hispania esset,
 sed ab alio eo absente vis, quod nemo sanus affirmavit.

MIHI vero liceat ab eruditissimis Lurita, ^{Septimia} stabilioris rationum firmo
 mentis nixo recedere: nec peto labor mihi plus habeat fidei, aut pri-
 or, quam id perspicue demonstrat, CAESAR AVGVSTAM Augusto
 VII. cos. conlega M. Hispani Agrippa deductam. Ac primo si eo an-
 no in Hispaniam venisset Augustum ex probatis authoribus effecerim
 mus, nulla credo à ratione temporum ratio contra nos ducetur, ne-
 que erit quaedam quod nos magis in octavum aut nonum con-
 sulatum trahat, quam ad septimum retrahat. Ut modo non expe-
 damur rationem illam a Cantabrico bello sumtam. Suetonius cer-
 te, quod superius monebamur, octavum consulatum Tarracone
 iniisse Augustum prodidit: quod si inijt in Hispania, necesse sit
 ante anni illius initium et Kalendas Ianuarias in ea fuisse
 Provincias: alioqui cur quae Tarracone, aut quomodo inire pos-
 set? Dirimit controversiam Dio cuius ea verba Lib. LIII. [Post
 quam in Galliam venit, cum Britanni oratores ad eum petitum pacis
 misissent componendis Gallicis rebus, quae, quia subactis illis statim
 bellis civitibus subsecuta fuerant, etiam num fluctuabant, Gallorumq.
 agendo consensu, vitaeque et Republica formanda aliquid temporis
 extraxit. Inde in Hispaniam profectus eam quoque Provinciam con-
 stituit.] Vides quo pacto Augustus consulatu septimo Hispaniam ad-
 ierit

ierit, et octavum honorem farracone inire poterit.

At enim licet haec optime videri possint disputata, incertum tamen est
an eo anno, an contra consulari octavo et nono, ^{deducta} CAESARAVGVSTA
dicenda esset, cum tribus illis Augustum haberimus in Hispania; ni
si aliunde firmiter, ut dubitare ultra nemo posset, idem illud stabilire
possemus. Debet multum Patris Mercurio meo, cuiusque in vindica
da a situ antiquitate studio. Duo apud illum numi Aeni, sed a me
liore manu, quam communiter alij sint, in utroque AGRIPPAE
effigies, cum ijs litteris M. AGRIPPA. L. F. COS. III. aures sua
bat boues cum quodam ad stiviam cum flagello habitis ferientis, qua
les alio damus infra, et expendimus. Supra boues eae nota singu
laris C. C. A. Colonia Casarea Augusta. Haecenus numi gene
ti. Duo vincti alter notat TERTVLLVM ET MONTANVM: alter
SCIPIONEM ET MONTANVM. Quod autem in utroque MONTANVM
idem nominatus Cap. XLII. expendimus. Vides ex hi planum esse
Agrippa Cos. III. qui cum Augusto VII. inijt Caesaravgvstam Co
loniam conditam iam fuisse deductamque; et cum aliunde id ab Au
gusto factum constet, neque autem annum cum in Hispania ha
beremus; fit omnino, ut non in annum anteriorem, aut posterorem
deductio Colonia rejicienda sit. Numus cap. eodem habes.

FUIT. is annus A. V. C. DCC. XXVI. ab condito Orbe, iuxta eam
quam veriorem existimamus computandi rationem, ter CII. DCCCC.
LXXVIII. Ita fit ut fundamenta iacta Urbis CAESARAVGVSTAE, in
eum annum incidisse sit opus qui ante natum CHRISTVM. XXV.
fuit. In laetis et nobilibus etiam, quia tum primum IMP. CAESAR. DIVI
F. C. N. OCTAVIANVS. AVGVSTVS APPELLATVS. E. ET. R. P. C.
POTESTATEM. IN. DECENNIVM. ACCIPIT. [Etenim cum statuis
sent cum peculiari quodam cognomente insignire, ac alij alia referret
et probarent, Caesar quamvis Romani nomen vehementer appetebat,
tamen cum sentiret hinc se suspensum affectati regni fieri, eo omisso,
AVGVSTVS, quasi hominis naturam amplior ipse, cognominatus est.
Augusta enim ea, quae honore dignissima, ac sanctissima sunt, dicitur.]
Dionis verba. Itaque illa CAESARAVGVSTAE gloria ferrea
ri visa, ut eodem profluit tempore AVGVSTA, quae Octavianus dice
retur: prima earum nampe uteret, quae unquam Augusto illo
mine vllibi gentium donata legunatur. Praesagia illa ferre futurae
felicis

felicitati et gloriae, quam post Regia urbs ab omni memoria consequente
 ra erat. Earum certe Urbium, quas Augustus ab eo Principe, dictas
 legimus, nulla ante nostram condita potest, aut condita appellari, ut ex
 his perspicuum est. Et hinc alia coniectura est, quae mihi persuadet, quae
 de anno constituta sunt: ut in Octavianum honorem tum primum Augu-
 sti, AVGVSTA Colonia diceretur et esset, non tam nomine supra alias,
 quamquam et haec magnam fuit, quam splendore et gente. Ut quae prima
 cum acciperet ab Augusti nomine honorem, talis esset, cui merito indi-
 tum putaretur. Cur autem in eo numo AGRIPPAE nomen celsum
 cum effigie videatur, alibi expendimus, Cap. scilicet

DEDVCNDARVM COLO

niarum ratio: lux numis et ab illis: il-
 lustratus Cicero.

CAPVT . XXX.

DE ANNO IN QVEM VRBIS NOSTRAE INCUNABVLA REII-
 cienda sunt dictum nuper: superest ut hoc capite de ratione et ritu de-
 ducendarum Coloniarum sermonem institueramus. Quae de re quam
 quam sunt qui disputarint, sed scire nos omnino ratio instituta
 prohibet, et erit quod post aliorum menses inferamus in hoc horre-
 um litterarum. Principio Colonias nunquam nisi lege prius las-
 ta, aut Plebiscito, aut Senatus consulto, quae omnia unius legis no-
 mine comprehendimus, deduci fuisse fas. At antequam lex ferretur mul-
 ta agitari solita, de Provincia inquam Coloniam deduci placeret; de
 hominibus, qui deducendi, qui, et quales: de loco, neque enim omnium
 in locum deduci ere publica erat. Hinc Rullum bellum acriter in-
 feratur: [Deducatur Colonia: quos? quorum hominum? in quo loco?
 quis enim non videt in Colonia esse haec omnia consideranda?] et
 rursum: [Atque in hoc agros, qui hac lege empti sunt, Colonias ab his
 decem-viris deduci iacet. Cuius? omnino ne cuiusmodi locus est, ut nihil
 interset Reipub. Colonia deducatur in eum locum? an est locus, qui
 Coloniam poterit?] sed maxime obferuatam locus ut talis esset ut et
 gleba

glebâ vberè, et comparsuis caduisque Sylvis diues esset, tantumque haberet agris, quantum Colonorum numero satis esset: ne coelo insalubri, pestilente aura, aquarum inopia infamis. Postquam exploratis omnibus per experientes viros comoda sedes visa fuisset, tum de mum ulterius proaddebatur. Sed nec in omnem Provinciam deduci Colonos fas erat: tantum in bello captum agrum, armorumque iure redacto in potestatem deduci militares Colonias solitum: haec veterano militi praemia, hoc Provinciae frenum, et tanquam praesidium impositum. Neque ego nunc de illis Colonis disputo, quae aucta Romana plebe, et in angustias familiaris rei redacta, Urbis vel exoneranda vel purganda in publicos agros P. R. deduci sunt solita: de his dicam alicubi.

De sede et loco postquam constitutum esset, Lex ferri solita, eaque de numero aritari. Deinde [cum signis, et Aquilas et primis ordinibus deducebantur], quae Hygeni verba sunt: nimirum sub militibus signis, ut species quadam representaretur exercitus, cum profecturi in agrum bello captum deducendi milites. Deducendo autem tres viri, aut triumviri creabantur: quanquam cum numerum non ex lege et statâ consuetudine tenuisse palam est; cum Rullus non dubitavit decem viros deducendis coloniis designare: Et cum quovis viros, septem viros, uno et viginti viros, quandoque creatos palam est. Trium viros porro, aut Consul, aut Urbanae Praetor de sententiâ Patrum, et suffragiis omnium tribuum XXXV. creabat. Quod Rullus vixit dedit Cicero, eo quod XVII. tribuum tantum, quae sorte ductae essent suffragiis decem viros creasset suos: [Audes etiam Rulle mentionem facere Legis Semproniae? nec te ea Lex ipsa commouet, tres viros illos XXXV. tribuum suffragiis esse creatos?] Ea è re sapientia, cuncta et incidia: Plutarchus Gracch. [Summam Lic. Drusus benevolentiam sibi Populi conciliavit, et iustitiae fidem eo quasiuit, quod nihil sibi, aut in usum suum videretur promulgare; etenim trium viros deducendis Colonis misit alios, neque ad pecuniam tractandam accessit.] Cum contra C. Gracchus incidiam magnam subiecisset, quod cuiusmodi munera plerumque et maxima sibi quasiuisset.


At rem tantam quis nisi auspicio fieri fas fuisse putet? Romanis superstitionum tenacissimis ne in minimis quidem aggrediendi re glachii ferre auspicio. Proque et trium viris deducendis Pullarum

dati, et cetera auspicionem sepelleret, quod lege Semproniam cautiorem Cice-
ro auctor est. [Iubet auspicij deducendarum Coloniarum causa De-
cem viros habere Pullarios, eodem iure, quo habuerint tres viros lege
Semproniam.] Hec etiam illa Ciceronis eisdem in Antonianis faciunt;
Cum enim per litteras Antonius consulisset Aullium, posset ne, ubi Co-
lonia esset, ea Coloniam novam iure ipse deducere; negavit in eam
Coloniam, quae esset auspiciis dedicata, cum esset in dudum Coloniam
novam iure deduci. Sed illustris hanc in rem Plutarchi locus est in C.
Graccho, quem a nobis hoc loci praetermitti nefas sit. [Prodigia seruen-
tur ei dicuntur obscura fuisse oblata: siquidem primum signum ven-
to rapiente, et signifero summa ope nitente despatum est: item vici-
mas avis impositas dissipavit venti procella, et superdicatorum Urbis
remanens terminos disiecit: ipsos terminos in ruentes lapsi longe
absolvere.] Ut malis ille veterator miseror illos misere superstitionum
heuce tricus impeditus habebat, ut a talibus sibi timendum putarent. Hec
sunt Festulliano in Pallio obscura Gracchi omnia in deducenda
Carthagine: et ex his, quae super dicta caetiam, C. Iulianus Afric. eiusdem
lib. eodem, quamquam se ipsi satis clara. [Vbi moenia Statilius Taurus
impiecit, sollemniter sententia Saturni nuntius enarrauit.] Atque nempe.

Nec quae de auspiciis notata praetermissa putanda sunt. Atque Ca-
sari in deducenda Colonia CAESARAVGVSTA, quem, praeterquam quod
vano deorum cultui addictissimum fuisse constat, prisci moris retinen-
tissimum Suebicus prodidit. Ergo deducendam cum conspiceret Coloni-
am in Edetanis, praesidium Romano adversus Celtiberos gentem in-
domitam animique inquietissimam; Cantabrorumque et Asturum populos ad
arma, et trahenda bella natos; praemiumque veterano militi, cuius
diu opera usus in Civilibus maxime bellis: non de loco ac sede conti-
tutum, eaque existimata tam modica, quae nunc omnino Civitas visi-
tur: sed rei firmata comitatus non sicut sciam in locum refera-
mus. Ager longe et late patens ad multa P. M. iure lectus, Colonia
que loco constituta plano, ad confluvia Guallici, Iberique amnia
maximeque a mare, tellure pingui, et in proximis compaici cultus;
immo quodquid dextra laevaque circumipecta gleba ubere fertur, et cuius
et fruges ac cetera patient est. Atque Iberum fluvium loco commo-
do necesse nata videri lapideo ponte stravit Acquetus. Sed a ~~Celtiberis~~
proditum est: quamquam ex quo strabonem locum in cogitationem loci
suum

juvum homini fecisset: nam tametsi nulla nobilitate Colonia, auctor
Augustus, ab eoque mutatum nomen, frequentia et opulenta urbs, om-
nia faciunt, ut nihil illi etiam in istis in ea hermita cogitemus, et am-
nem Noxum, ponte ad illam ianctum credamus: alio tamen alia vocant,
Strabonis maxime auctoritas ~~causa~~ ^{qua} non minima est. [Ad urbem urbs
est Caesaraugusta dicta, et caesa Colonia, quae habet Lapidei pontis fran-
sitem.] Sed de hac re dictum in Caesariensis. At qui homines deducti fue-
runt, et quo numero, iam dicemus; haec enim res singularem flagitat
tractationem.

AGRO designato, Colonisque descriptis, sub vexillo deducti fieri so-
litos. Huc illa Ciceronis de Antonio, quorum alicubi mentio à nobis
est facta: [Capitulum Coloniam deduxit, ut vexillum tolleret] et illa item
qua nuper ex Notarcho notabamus in de ductione Carthagini, rapsum
scilicet signum violenta ingruente procella, etiam Signifero summa
remittente vi. Quin et in Agraria Pellius inde lucam accipiet, cum
vereri se ait, ne vexillum idem, quo deducerentur Capuam Coloniam, for-
midini tandem foret Romani arcebus. At ut omnia nos subsidia scripto-
rum defecissent, veteris numi efficerent, ne de ea re dubitaremus. Ita
non alia lege deducti CAESARAUGUSTAM maiores, quam ceteri in
alia urbes deduci sunt soliti. Nomen hic habes.



ARATRO circumdaci solita ea loca in quibus Colonia deducenda
fuisse, palam est; siue vbi domo conderebatur, siue in vico oppidum
inducerentur. Coloniae tunc enim neque erat murum laxare spacia et
nova et de veteribus adiungi. De veteris Urbis Nomen: [Cui Urbem no-
vam condit, tauro et vacca sacra: ubi araverit murum, faciet.] et sul-
lus in Antonianis: [ut aratrum circumducere, sicis domere portam
caput porae per hinc illi, ut florentis Coloniae terminum in mittere
lun]. De veteris oppidis, in qua Colonia recanter deducendi, ~~nonnulli
veteris oppidis~~ apud neminem legere me-
mini

GELLIVS VENVSTISSIMVS SCRIPTOR, ET NON DE LATI-
 nitate solum, sed de antiquitate etiam meritis quam optime, de
 hoc discrimine disputavit Lib. XVII. Cap. XIII. Cuius non cui
 et verba et sensum expendentes, et alicunde illata luce illustraverimus, cre-
 do lectori fecerimus abunde satis. Neque nobis fas fuit, quibus de Clavii
 Municipiique CAESARAVGVSTANI. Conueniens, alijque tam creber sen-
 sus incidit, de hoc discrimine omnino silere. Sic fiet ut quid VRBS nostra nec
 cum alijs, nec supra alias habuerit primas, iudicetur.

ORDIOR a nomine: [Municipes sunt Cives Romani ex municipijs: sicut cives et legibus utentes: munere tantum cum Pop. Romano honora-
 riq. participes: a quo munere capessendo appellati videntur.] His Lux à Feli-
 verber, quae clarissima. [Municipium id genus hominum dicitur, qui, cum
 Romam venissent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus
 ferendum una cum Rom. Cibus, praeterquam de suffragio ferendo, aut
 Magistratu. capiendis: sicut fuerunt quondam Formiani, Fundani] et
 alijs, quos ille. Ergo à munere capiendis Municipia, et Municipes
 dicti videntur. At quid munus nomine accipiendum sit, infra expendi-
 mus, cum de Clavii Repub. disputamus Cap. Porro Municipes ad om-
 nia Romani cives, si duo illa demas, eius suffragij, et petitionis magistra-
 tuum: longe infra eorum conditionem silicet, qui Romae nati, sed magnas
 tamen dignitate possentes in Provincijs, sicut Provincialibus alijs compo-
 nant. Nam nunquam, qui Roma nati, dicuntur Municipes; sed qui, alij cum
 essent Urbibus orti, in civitatem Romanam, adfuerantur illis legibus: ut
 insite Iulius Municipi duas esse patrias dixerit, naturae alteram, alteram
 civitatis. Lib. de leg. II. nam cum in suis ^{Provincijs} civitatibus omni omnino iure
 et immunitatis, quibus ceteri ibidem nati, fruerentur, illud habebant
 tamen, ut maxime Roma tanquam ibidem nati capaces essent. Hinc ille
 Feli fluxere: [Municipes est, ut ait Aelius Gallus, qui in Municipio libera-
 tus est] et [qui ex alio genere hominum munus functus est] item illa quae
 maxime obscura aut non integra potius mihi visa: [qui in Municipio à
 servitute se liberaverunt à Municipibus] quem mihi locum non plane intellectum
 fateor.

ATQUE hoc primum discrimen inter Romanos et Municipia, quod
 Municipes alicunde Romam veniebant: coloni contra Roma digressi in
 Provincias commigrabant: ut illi arbori Romanae inserti, hi è contra-
 rio praecisi in alias inserendi viderentur: alijs Romanus sanguis inge-
 ritus

nuitasque, Prouinciales, alijs genus et naturas. Alterum illud. Municipium cum suis uiuere legibus, ciues tamen erant, et ignobiliores quod nec suffragium ferre, nec magistratum peterant inire, caeterorum participes: quod utrumque Coloniae negatum: nam nec Romani municeps participes esse nec magistratum petere, nec ferre suffragium poterant: contra in caeteris legibus Rom. subditi, et eo iure uiuentes, quo Coloniae deductor, aut senatus Rom. uoluerit. Ut cum onera omnia iuris sustulissent, nec uisibus et honoribus arcerentur, nisi principum, aut Senatus indulgentia acerbiter conditionis privilegio leniuisset, quod saepe factum, infra notabitur. Haec certe permouere Praenestinos, ut, auctore Hadriano Caesare apud Agellium, a Hibernis peterent exire, ut e Colonia Municipis facerent: quod et ingentis beneficii nomine a Principe impetrarent, quod in eorum finibus, sub ipso oppido, ex capitali morbo reuoluisset.

MUNICIPIO RUM tamen ingens toto Romano orbe numerus, ut uere Sallustius Phil. III. affirmare auctor Senatum omnem ex Municipijs esse. [Videte quam despiciamus omnes, qui sumus e municipijs, ad omnes plene: quibus enim quisque non est?] Et in Senatu tamen haec, in quibus plerique Senatores ex Municipijs profecti. Hinc factum ut non rari in Romanis aliarum Ciuitatum homines e municipio despectui haberentur, tanquam non Romani sed peregrini sanguinis: quia nota in uere Antonius Oracianum auctor, obijcereque ignobilitatem, obscuritatemque maiorum quod illi Mater Aricina, non Romanae.

CONTRA Coloniae (ut dicere ceperam) illud proprium, ab Urbe Romana genus trahere, idque propagari. [Non enim ueniunt extrinsecus in Ciuitatem, nec suis radicibus inueniuntur] id est, non suo iure uiuunt. [Sed ex Ciuitate quasi propagatae sunt, et iura institutaque omnia Pop. Romani, non sui arbitrij habent. Itaque cum genere, legibus, institutis Romani essent, una libertate Romani non erant, imminuti capite, obnoxijque magis: nec propagatae immunitas propagata Romanae genera. Hinc iure meritoque Hadriano Caesari reprehensi Italiciusque, a quibus ille orsus, in oratione quam de illis in Senatu habuit, quae etiam mirari se professus est, quod causa potuerit esse municipibus suis, cum suis moribus et iure possent uiuere, ut in iura Coloniae transire ^{uellent} ~~uoluerunt~~, idque a se enixissime contenderent, tanquam magno efficiendi beneficio, contra quam Praenestini fecissent: cum meliore conditione uiderentur Municipis, quam Coloniae. Nam aliquando Municipia in Coloniae transisse constat

combat, quanguam id raro. Sed in eis duplex definitio. Nam municipia alia, non admissa in partem agrorum Romanâ gente, privilegio Principum ex Municipali in Coloniam eius et nomen adoptabantur: cui natura non essent coloni, cum non ab Urbe propagati, sed in Provincia extra Urbem nati, privilegio legisque fiebant. Quod Italicenses ab antiquo Hadriano contendere. Censeo tamen hoc nunquam ante Romanam rem ad unius tyrannidem imperiumque decolutam fuisse factum: ex eo enim tempore Capta Colonia in honore esse, qua deinceps iam dicam, ut supra municipia censerentur. Sed in alia Municipia non raro immixta cohortes Romanae deducuntque miles inque agrorum partem admissi: permixtaque utraque gente, et eius et nomen potentioris invaluit, ut deinceps non iam Municipia, sed Colonia et dice rentur et essent. Haec faciunt illa Ciceronis in Rab. [Permittit de com viris, ut in omnia municipia, in omnes Colonias totius Italiae, colonos deducant, quos velint, ipsique coloni agrum dari iubet] Quanguam es loci non de militibus, sed de Romanâ plebe sermo. At assignatis militibus agris solitis, et in municipia saepe iudicis sicut, quicumque ^{non} nascitur, qua parte civitas ^{belli} Augusti Antonique, imo et dum filia illa inter trium viros pax tenuit, in Italia confingere. At ut Colonia in Municipium migraret, postquam rerum summa ad unum decoluta est, nunquam per factum, certe legere non memini, si Praenestinos excipias.

SED Colonorum et Municipum nomina saepe confusa, ac mixtim usurpata, a Poetis maxime, quibus haec inter amixto distinguere opus non fuit, nec vera libuit. Quos mihi parum videntur uti ratione firmâ, qui ea videntur Bithilim Municipium fuisse, non Coloniam, quod Municipem à Valerio Bithilitani dicit: Quid quod in Civitate Iure communis a frequentibus Municipum quam Colonorum appellatio, ut Municipum nomina frequentissime et illi et coloni veniant accipiendi: cuius propter satis superque inferias dabimus, cum de Colonico iure ac Re publica disputemus. At in Orat pro Sex. Roscio Amer. quid Cicero velit Municipiorum rusticorum nomina, scire me dicere non audeo. et tamen eo ex loco Silius duo Municipiorum genera fuisse vult, Urbanum rusticumque; sed ille tamen, quo alter ab altero differret, non indicat. An Municipia rustica ea dicitur, quorum potissimum unicumque negotium agrorum cultus esset? An Urbana illa, quorum Cives ipsi maxime distingueri soliti, qua frequentia in Urbe, negotiatio

ne scilicet, artibusque alicj urbanis? Nam, quin olim Municipia fuerint, quibus, cum multum agri contigisset, ciuium pars maxima rei uisita vacaret, non dubito: Alia contra, que agri quidem modicum essent, tamen aliunde aut ex mercatorum, aut ciuili negotiorum lucrum quaerere, non etiam mihi dubium, que Urbana dicantur. Sed leuia haec est, et propter illas discrimen agnoscat Cicero inter Municipia, omnino existimo. Sed est illustis Cicerois eiusdem locus in Agrar. quem in hanc rem apposuissimum puto: [Quae est illa superbia et contumelia, ut populi pars amputetur, ordo tribuum negligeretur, ante RVSTICIUS dicitur ager, qui habent, quam VRBANIS, quibus illa agri spes, et iacunditas ostenditur.] Quae meo quidem iudicio ita sunt illicita, ut si inferri dies in illorum noctem possit.

At enim illud subesse dubitationis possit: cum in Municipia Municipi inuentos, non inductos dixerimus; id est ibidem natos, non Roma deductos: contra in Colonias aliunde inductos: cur tamen Augustus Calagurim cum deduxisset, veteranisque militi agros assignasset, Municipium esse et appellari maluerit, quam Coloniam? At qui meminit Calaguritanorum ex auctoritate manuum eo deductam, que gens non Latina urbe, sed Calaguri Tibularia Citerioris Hispaniae ortas, mirari credo desinet ei genti, que Romana non esset, negata ea uita et nomen, que solis Romae urbe propagatis oppidis dari solitas. cum satis esse uideatur, ut qui deducebantur, suae gentis iure, immo suo ipsorum, quam Romano uiuerent.

Cum haec tamen ita sint, ut tandem ad Colonias redeamus, mirum uideri non remitti possit, non aetate nostra modo, sed Romano aetate earum conditionem praestabilem esse existimatum, et nobilitatem, quam Municipiorum. Certe quis quis modo urbem, in qua natus, Colonico antiquitus fuisse iure monstraret; hic multum dignitatis tribuisse Patriae uidetur sibi. Hinc quaestiones illae de non nullis affirmantibus his, rogantibus contra illis: ut uoluerit etiam hinc Municipia inferiora Colonis multo esse existimantur et honore, et dignitate: Nec in merito. Sed causa ciuile rei multiplex: Agellius certe amplitudinem Romanae urbis, cuius Coloniae ueluti effigies quadam et parua simulacra, imprimis enumerat. Deinde, quia Colonia iura perspicua et certa, ut pote Romana, sunt: Municipiorum uero obscura, et obliuiscata, ut pote propria, nec cum

alio

aliorum quidquam affine habentias: quo fit et in dies in desuetudinem abirent, nec illi pene uti Municipales per ignorantiam scirent. Sed puto haec non magni adeo momenti ad dignitatem Coloniarum supra Municipias: Mihique maiores quadam causa subesse vixit. Altera ex ipsa Coloniarum natura petenda est, altera ex deducendi ratione. Nam Coloni, qui primi in Coloniam deducebantur genere et natura et ortu omnino Romani, licet ob fortunatas civitatem alio migrare coacti, nomen illud dignitatemque gentis à qua orti semper et usque retinebant, eoque exultabantur ceteris honoratioribus, ac nobilioribus, nec iniuriâ, quae Romanus non Romano praestare putabatur. Immo quod discrimen inter Romanos Provincialesque, qui pro barbaris usque a Romanis habitati, id etiam inter Colonias et Municipias reperiri videbatur. Itaque ad Romanam gentem, rerum suam potentem, referre suum genus coloni cum possent, maiorum nomine sanguineque tuebant, eoque Municipales, qui eadem non petebant, contemnebant. Est in hanc eandem rem Licij pulcherrimus locus A. V. C. XXVII. [Admonerent] duodecim Coloniarum, quae ad Poenos defecerant, Colonos, [Non Campanos, neque Aventinos eos esse, sed Romanos: Inde oriundos, unde in Colonias, atque in Agrum bello captum Scipio augenda causa missos: qua liberi parentibus deberent, ea illos Romanis debere: si ulla pietas, si memoria antiquae Patriae esset.] Atque haec Coloniarum omnibus tam militaribus, quam popularibus fieri communias.

ALTERA Coloniarum nobilitatis radix inde erat, quia Coloniae magis coniunctae cum Urbe Roma, nempe quae in Provinciis essent: veluti Rom. Imperij Urbisque propugnacula, quibus maxime Reipublicae Status stabat. Quae in re Cicero maiores laudat, quod eo modo videtur Reipub. stabilitati, imperijque securitati providissent. [Hoc in genere sicut in ceteris Reipub. partibus est opera pretium maiorum diligentiam recordari; qui Colonias sic idoneis in locis contra suspicionem periculi collocarunt, ut non oppida Italiae] et Provinciarum [sed propugnacula imperij esse viderentur.] II. de Agrar. Adde quae de Narbone dixerat in eâ, quae pro Fontecio est. [Est in eadem Provincia] Gallia [Narbo Martius Colonia nostrorum civium, specula P. Romani, ac propugnaculum illis ipsi natio-

nationibus oppositum et obiectum.]

POSTREMO natura ipsa gentis qua in Provinciales Colonias deduci solita multum addebat dignitatis. Saepe enim ex praecipua Romana nobilitate deducti non pauci: semper vero milites veteranus potuerunt emerita stipendia. Et notus militaris fastus et furor, et mortales omnes pro se viri homines putent. Res gestae, suscepta vulnera, domita gentes, auspicia Principum, et armorum iura, sicutiam hoc uicissim essent nominis sati erat, et quam a parentibus nobilitatem et splendorem non acciperent, a sua uirtute gestisque haberent: nec ideo se ignobiliores putabant, quod primi ingenia suum inferrent imagines, et ignoto sanguini lucem adferrent. Merito igitur plus dignitatis in Colonis in sepe existimatum est, quam Municipiis. Quod si Colonia iuri eius immunitati adderetur, tum uero dignitas et amplitudo longe maior. Falis Caesar Augusta fuit. Sed de immunitate, et uarietate Coloniarum iam dicemus.

quo sensu Strabo de Corduba dixit eam in his habitasse et Romanorum et incolarum delectos uiros.

Hinc ea Strabonis natus [Hoc accrem tempore manes Emporium (Hispanis) Ceterum honore et deducti nuper in Colonia Caesarianis militibus Ciuitas Bati exaltat.]

COLONIAE OMNES

non uno eodemque deductae iure: CAE

Sar Augusta immunis. De immunitate

disceptatum. Ciuitas Roma-

na: Latinitas duplex. Plutarchi Interpres

notatus: obscurus locus illustratus.

CAPVT. XXXII.

CAESARAVGVSTAM COLONIAM IMMVNEM APPELLAVIT PLINIVS Libri III. cap. III. Ea nobis una occasio disputandi de immunitate, planam ut sit quale esse illud Urbis nostrae ius praeter ceteras. Ac Coloniarum quidem non una ratio, non eadem iura. In alias enim Romana Plebs deducta, in alias Miles, ut capite proximo scriptum est: alij, ueteribus incolis permanentibus, nec Romani additis, Coloniarum communicata appellatio. Haec explicare non erunt inuicunda, antequam ad immunitatem accedimus. Romana Plebs multiplici aucta Sobde saepe paupertatis, aut miseriae malum passus, Optimatibus maxime in sua commoda publica vertentibus. Hinc id

Senec

semel minuenda multitudini, inopia subleuanda, purganda Urbis exat.
 Patres, veluti apum, ex alucaribus examina, ciciuum ex Urbe emittere,
 sicut in agris bello captos, sicut in publicos. Inde Coloniarum initia,
 spargi deinde capta Italia tota, quanguam non nunquam etiam in
 exteras Prouincias Plebs deducta, sed raro tamen. Atque haec vera
 Coloniarum institutio constitutioque. Sic Augustus, ut ipse de se testatur
 in Ancyrano monumento, IN COLONIAS HOMINUM CIRCI-
 TER CENTVM ET VIGINTI MILLIA emisit. Sic Suetonius in
 transmarinas Colonias octoginta Ciciuum Millia deducta ab Cesare
 Dictatore prodidit. Transmarinarum vero nomines, quae accipienda
 sine, satis constat, neque enim assentior viro doctissimo, qui Iulas Car-
 thaginem et Corinthum accipit: nam quanguam vnaque transma-
 rina, et a Iulio deducta est, qui potuisse exhibere tantam Ciciui
 multitudinem, quanta vel viginti coloniis deducendis satis sit, indu-
 as tantum mitti! Nisi vero vis Augustum in Colonias duas et trigin-
 ta capita hominum deduxisse centum et viginti milia, ut nuper
 ex Ancyrano monumento notabamus, et in duas ab Iulio tantu-
 dem hominum demta parte tertia deductum. Nec parum Coloniarum
 omnium a Iulio deductarum mentionem in scriptoribus esse.

HINC Lex Agraria pro qua contentione tanta plus vno saeculo
 disceptatum est. C. Gracchus auctore Plutarcho [de deducendis
 Colonijs, et vijs muniendis, adeo adificandis horreis Leges tulit.] Rur-
 sumque: [cum Senatum non obstruere infernum cerneret sibi, frigi-
 da autem in se benevolentia Lannium], consul alterum, [institit
 alij deinde legibus decuincire sibi plebem, legem promulgans de
 Colonijs Tarentum et Capuam deducendis.] Nulla enim re tam aus-
 facile aut tuto captari Plebis fauor potuit, quam agrorum assignatio-
 nes, et deducione Coloniarum, si praesertim in salum fertile ac compas-
 cum essent deducenda: ut ingentes saepe non modo excitati animorum
 motus, sed et tumultus et seditiones petente Plebe deducione agrorum
 abruente contra Senatu. Sed de Colonijs huius satis, auocant militares.

EMERITOS milites ab armis ad aratra traduci solitos satis constat,
 eisque Stipendiorum premium agros hostiles captos assignari. Hinc no-
 bilitum Ciuitatum initia, quales fieri in Prouincijs plures: qua ante no-
 modo militum inopia commodoque consultum, sed securitati et stabilita-
 ti prociusum imperij. Sed is mos deducendi veteranum militem ante
 imperij

imperium in vniuersi arbitrio positum parca admodum tenuit. At postquam abuti publicâ potentia fauoreque ac presidio militari optimates capti, tum necessitas ipsa premia ipsi largiendi, quorum opera maiores con-
 secuti ipsi essent, edocuit agrum dicendi militibus, qui cum in Italia
 essent, quâsitum in Provincijs. Postea usus ipse et res edocuit, non id mo-
 do commodi in eâ re usus, sed egregie etiam eadem arte firmari impe-
 rium multis idoneis locis tanquam Propugnaculis militumque presi-
 dijs constitutis. Augusto id animaduersum, eoque rerum potente pluri-
 ma extra Italiam Coloniae deducta, nec in Hispania pauca. Eme-
 rita Augusta in Lusitania, in Vasconibus Calaguris, in Celtiberis
 Celsa et Casaraugusta. Haec a deducto milite militares dicta: in An-
 cyrano monumento Augustus de se ipso: **QVOD PRO AGRIS PRO-
 VINCIALIBVS SOLVI VNVJ. ET SOLVS OMNIVM QVI DE-
 DVXERVNT COLONIAS MILITVM IN PROVINCIIS A D. =
 MEMORTAM AETATIS MEAE FECIT.** Porro qui ante eum
 militum Coloniae deduxere duo fuerunt Sulla et C. Caesar. Harum
 Coloniae dignitas praestabilior, ut videri proximo capite, quod
 non è fasce plebeis, sed eis, qui famam longis stipendijs et armorum
 usu quaesierant, constituta: et fere immunitate aliqua pro me-
 ritorum modo donata: qua de re iam dico.

TERTIVM Coloniae generum earum sunt, quae non deducto mi-
 lite, sed provincialibus eisdem iam inde ab antiquo constitutis, colo-
 niarum iure donatae inter eos adoptatae sunt, tanquam in propri-
 am ex aliena familia. Quales illae, quae transpadanae dictae, et a
 Pompeio Strabone Magni Patre deductae, aut potius nominatae re-
 feruntur incolis Latij iure donatis, id est iure earum, quae in Latio
 essent, Urbium. Sed haec quidem reuera non Coloniae, si ad pri-
 maenam appellationis causam spectet. Colonia enim urbs est a Me-
 tropoli urbe propagata.

IAM de immunitate, cuius haec causa indicanda fuerit, et iu-
 re Coloniae. Maximum et ornatissimum Civitatis Romanae:
 infra hoc Latij ius: deinde Immunitas, quae ante Italicum: infimū
 cum Colonia praeter vocabulum cum alijs commune habuit nihil.
 In Coloniae enim illaquidem dignitati et honori erant, Genus ab Ur-
 be Roma ductum, et quod eodem reuocit, affinitas et quasi coniunctio
 quadam: Praeterea similitudo, et tanquam simulacrum quoddam

Urbis, quod referre in Colonia dicebamus. At illa quam ludicra et leuia si-
 cum oneribus conferas, quibus Colonia praesit? Annua pensio Populo per-
 denda in communes sumptus. Plerumque in C. Graccho est author successus
 se illi Optimates ut essentatori plebi. [Quod agrum partiretur pauperibus in-
 dicta singulis pensio, quam inferrent Senatus] cum contra Licium Dru-
 sum [equitiam pensioe hac agrorum possessores leuabat Summa contentione
 ab eisdem optimatibus probaretur, quo Plebi scilicet in Gracchum amores se-
 pererent. Deinde Auxilia mittenda in Bellum Populi nomine quod gereretur,
 pro oppidi magnitudine opibusque sumtu publico, et pro agri modo. Huc illa
 Licij referenda de duodecim Colonia, qua bello secundo Punico, imminen-
 te Annibale Romani imperij fauibus, auxilia negauerit, quibus multa
 irrogata ex Senatus Cons. [Ut quantum quaeque earum Coloniae mili-
 tum plurimum dedisset Populo Romano, ex quo hostes in Italia essent, du-
 plicatum eius summa numerum pedum darent, et equites censens vicerent:
 si qua cum numerum equitum explere non posset, pro equite uno tres pe-
 dites liceret dare.] Neque enim tam acriter in eos fuisset animaduersum
 nisi animatorum certum numerum ex lege deducta Colonia dare cogeretur.
 Et ratio ipsa, aequitateque suadebat, quibus ager assignatus gratis, et
 ut etiam auxilia indicerentur quoties bellum esset in Provincia saltem, na-
 extra Provinciam auxiliata non potest submissa. Tertio, quod maxime
 erat Coloniae graue, hospitium praebenda et omnibus cum comitatae ibi, qui
 munus publicumungerentur, aut Roma aut in Prouincijs, dum iter
 facerent. Hinc illa Ciceronis perspicua in Agrar. II. de Capua Colonia.
 [Nos autem hinc Roma qui veneramus, iam non hospites, sed peregrini et
 aduenae nominabamur.] nam cum Ciceroni nouum sit Romanum homi-
 nem Capuae non hospitem, sed aduenam et peregrinum appellari, ut si Co-
 sar Augustani Toletanum aut Hispalensem hominem non hospitem sed
 aduenam et peregrini loco habeant. Neque ea onera sola fuisse puta, immo
 plura fuisse alia, sed his affinia. Addendum denique, quod superioris ex-
 plicatum, Coloniae neque suffragij, neque petendi honoris fuisse ius, quod duo
 Ciuibus data. Vides ergo quam ea Colonia, quae quarto loco recensuimus,
 infra alias essent: sed haec plerumque cae erant, quae e plebe infimas, in-
 famique constitutas.

Illa quoque Romanorum Ciuium erant, quales in Conuente Capu-
 augustano Bellitani fuisse dicti sunt, per omnia Ciuibus illis, qui Ro-
 ma nati, aequales erant. Itaque et ius illis suffragandi fuit, et fas petere

et ini

inire magistratus, oneribus ceteris non magis honoris, quā ciues ceteri
 esse; ut omnino Romani, si naturam exipias, viderentur. Ideo mag
 ni beneficij loco et data et accepta ciuitas, nec nisi pro ingentibus in Po
 pulum Senatūque promeritis. Suet. Augusto [Urbiūm quādamfē
 deratas, sed ad exitum licentiā praeiūter libertate priuauit.] Ut Cysicum
 Syrum, Sidonem, aliasque de quibus Dio, et Strabo: [alias aut a
 re alieno laborantes leuauit; aut terramote subuersas denuo con
 didit.] Gallias et Coam; Eusebio Authore etiam in Cypro insulā plus
 vna Ciuitatum temptata disiecta. [Alias merita erga Pop. Rom.
 allegantes Latinitate vel ciuitate donauit.] Hinc saepe motus actur
 be, petentibus non donata ciuitate: quae vna occasio optima vasa
 C. Casari ad res nouas molliendas, et Italiam concitandam, nisi mu
 hira consules occurrissent. [Colonias Latinae deperendā Ciuitate a
 gitantes adiit, et ad auendum aliquid concitasset, nisi Consules cons
 criptos in Ciliciam Legiones paulisper ob id ipsum retinuisent.] quae
 Suetonij sunt verba. Et Appianus Ciuil. Lib. 2. est auctor, in cōditio
 socialis belli eo exarsisse, quod Sociorum [Legatis quarentibus se non
 admitti ad ius Ciuitatis, cum tamen ipsorum operā atque auxilio Po
 pulus Rom. longe ac late imperio potteret], Senatus ferociter respondisset
 non audiret se legationes donec respicissent. Ita voto frustratos ad ar
 ma iussit. Nec multo post Senatum, post illatas acceptasque clades mu
 tuas, damnato priore consilio, exitiali sine dubio Reipub. Socijs, qui etiam
 tunc in officio mansissent ius ciuitatis decreuisse; et decretum id circa He
 truriae populos dimissum, acridissime exceptum: eoque beneficio et amicus
 in officio contentos, et dubios confirmatos infide, ne noua malant, et hosti
 similia non desperantem si arma poneret, misericordiam tum redditum. At se
 natus qui in id Consilium inuitus venerat, rationem excogitauit, quia no
 ui illi Ciues in suffragando fallerentur, ut ne verum illis ius sed umbra
 tile datum videretur. Eos enim [non in XXXV. tribus, quot tunc erant,
 distribuit, ne veteres in suffragijs vincerentur numero: sed redactis eis in de
 curias, nouas alias tribus conscripsit, in quibus illi potissimi ferrent suf
 fragia, et saepe superuacui fierent: quod veteres illae XXXV. plusquam di
 midium tribuum conficerent. Cessat consilium sicut tunc non animaduor
 sum, sicut Socij tum contenti modico non requirebant amplius, postea
 tamen deprehensum nouarum seditionum fuit materia]. Cum nec Co
 loniae solum, sed integra interdum Praeuincia Ciuitate Romana donata

Legum

leguntur. Lingonibus uniceusis Orho Civitatem dedit. Tacit. lib. 17.
 Claudius vero Caesar omnes Graecos, Gallos, Hispanos, Britannos, seu
 romatas Civitate donare, et legatos videre statuit, eodem auctore.
 Prodiges sine ulla opera precia. nam quid iam ultra expectari posset, quā
 ut orbis uniceusis Civitate Romanā donaretur; ut ubicumque homines
 essent, ibidem et Roma esset?

VERVM quia ius hoc umbratile tantum, cum vix aliquando con-
 fingeret, ut qui eo iure erant in Colonis, comitorum tempore in urbes
 venissent ad ferendum suffragium; neque id sine magno dispendio tem-
 poris neque domestica posset fieri: ideo Augustus quodam modo visus
 est Colonias iure ac dignatione Urbis aequare. Excogitato genere suffragio-
 rum, quae de magistratibus Urbis Deuotiones Colonis, in sua quisque Co-
 lonia, ferrent, et sub diem comitorum assignata Romam mitterent. Cuius
 rei Suetonius auctor est. Nec vero id de Colonis omnibus, quos quos
 in Provinciis, acceperim, sed de his tantum quae in Italia.

LATII ius etiam duplex: nam et in Hispania plura fuerunt oppida
 Latinorum veterum (quae iure in Caesar-Augustano Conuente fieri Casca-
 tenses, Excaucenses, Graccurritani, Leoniceses, et Osicordenses) de
 eo autem iure extra Hispaniam nulla mentio, quod equidem laegerim,
 cum tamen Latinorum multi populi. Suspiciari licet aliquod discrimen
 inter ea iura intercessisse; ut aut Veteres Latini supra novos essent pauciores
 aut e contrario, quod mihi verosimilius videatur. Antiquitas enim pau-
 ciores Romani in communicanda Civitate, aut danda ex parte. Quia quā
 mihi acutius expendenti illud certius sedet, nullum in iure ipso discrimen
 esse, tantum in appellatione à tempore ducta. Nam Latini illos vau-
 res alicubi Plinius Latini antiquitus donatos nominat: nec aliud pe-
 to voluisse, quam indicare gentes illas iam a multis retro annis Latini-
 re ob merita donatas: et alioqui non sit facile inter ius utrumque
 discrimen aliquod assignare.

At ego Latini haec ius, suffragii ferendi fuisse ut facile crediderim, ita
 petendi fuisse honore ius negari facile. Nam quod nonnulli, quos
 inter Hispanos Latini affirmant ius illud utrumque contigisse, non stru-
 ra ratione falsi convincitur, vel ex illis Suetonii, quorum superioris in
 auditu mentio, Casarem Latinas Colonias adijisse, quae de petenda Civi-
 tate agitabant. Si enim Latina illae, Latini quoque ius petendi magistra-
 tus, ut obsecro civitatem peterent? an non dem donari Civitate, et
 iure?

iure donari suffragij et petendi magistratum? Deinde Augustus vires nonnullas [merita sua exga Populum Rom. allegantes Latinitate, vel Civitate donavit] quibus satis vindictam alterum ab altero iure diu sum. Postremum unde dubitationes illae saepe in Senatu exorta, decerneret deducendas Colonias Latinas, an Romanas facere? Licinius A. V. l. c. XXXIV. [Illos agitabant, uti colonia deduceretur, nec satis constabat utrum Latinam, aut Licium Romanorum deduci placeret.] Pluribus haec attingere non libet, cum perspicua sint.

DIFFICILIS de Latino Italicoque iure iudicium, quo scilicet diuersi essent, nam quanguam eam sententiam araditorum communi esse videam, quam et ipse certam duo, Latinum inter Italicumque ius illud intercessisse discrimini, quod Latini ferendi suffragij ius erat, quo carebant omnino Itali; Plutarcho tamen locus rem obscurem omnino reddit, quem miror à nemine observatum. Is est in C. Graccho. [Socialis alia] lex ab eo lata, [qua ius suffragij ferendi cum civibus dabatur Italis.] mox de Latinis: [Ad haec ille, quod Latini suffragij ferendi ius faceret], maxime angebat optimates. Iam peto rem vidisti, lector. Nam si et Italis, et Latinis, lege C. Gracchi ius factum est ferendi suffragij, non ergo ante eam legem Latinis suffragandi ius fuit: neque ergo Latinum ab Italis diuersum, quando neutri ante eas leges fas fuit ferre suffragia de magistratibus Urbicis. Quod ergo discrimen inter Italis, et Latinos à nobis assignatum, nullum fuit. At mihi id omnino certum est neque Latini ius fuisse petendi sed tantum suffragandi; neque Italis fuisse ferendi ius suffragij. Nec enim obscure illa a Plutarcho alio loco prodita, Leges scilicet ab C. Graccho promulgatas [de Coloniae Faventum et Capuam deducendis, et de aspicendis in civitatem Latinis.] id omnino est quod eo loco, de quod septatis est affirmat, ius fuisse Latinis suffragij ferendi: nec noui aliquid posteriore loco a Plutarcho additum. Sed Graeca Plutarcho non mihi videtur apertus interpret, à quo tota haec obscuritas, et perplexitas sententiae. Graeca sic habent: [Ἐτι δὲ ὁ μὲν τοῖς Ἰταλικοῖς ἰσοφύκιον δίδουσι ἐόντι.] Quorum non verborum sensum sic Latinis expraesimus. Praeterea dilargitur ille Latinis pari ius in suffragij, etc] id est cum Latinos omnes donasset pari ad suffragia iure, ut scilicet et ferre possent, quod ante Gracchum habueret; et pro ipsi ferre possent cum magistratus peterent, quod Gracchi accepere beneficio; ut scilicet per omnia

ria civibus aequali essent, quod superius dixerat asserere in ci-
uitatem Latinos. Nam quomodo quae paruum cum civibus ad suffra-
gia donasset Latinos, nisi etiam concederetur petendi magistratus per
aliorum suffragia, quod commune civibus erat? *Idem* Quia enim
suffragium, sicut voce scilicet, dici potest: quod nihil est aliud, quam
par suffragii auctoritas. Noluntur vocem activam et passivam vocant.
Ex his liquet, quid sibi Plutarchus velit, neque ullam in illo con-
tradictionem esse. Latinumque ius nihil fuisse aliud, quam ferendi
suffragia potestatem: quae Italico qui iure erant, privabantur, ni-
si Senatus, aut legis beneficio Latini donarentur.

IAM de Italico iure, ac de immunitate, quae obnoxiora sunt, non
nulla indicanda. Et quidem ego immunitatem, libertatemque pro-
cedem acciperim: nam Cicero liberos agros immunesque eos dixit,
qui scilicet verigali non essent, nec servitio gravati. Verr. IV. eodem
que omnino sensu immunes et liberas civitates, Verr. V. Itaque
immunes ea dicta Colonia, quae tributorum immunitate, et onere
donata essent. Nam immunitatem illam quae et vacationem ab omni
munere, et alia quae ad personas spectant complectebatur, non inquam
civitati omni aut integre datam, sed communicatam personis tantum
nonnullis puta. et rei ipsa sibi patet. Satis nostra Caesaraugusta fuit
a primae origine, ut nunquam servitio diceretur, quae nullo inquam
onere praesa nobili conditione esset non minus, quam Illenses, quibus,
[et propter inchoatam nobilitatem civitatis, et propter coniunctionem ori-
ginis Romanae, iam antiquitus et Senatus consultis, et constitutionibus
principum plenissima immunitas tributa est, et etiam tutela excusa-
tionem habeant, scilicet eorum pupillorum, qui Illenses non sunt.]
Quae S. C. verba sunt L. Non tantum. D. de excus. tut. Itaque qui
quis antiquum Urbis splendorem rursus à longinquo spectare volue-
rit, fingat sibi nunc urbem civibus constitutam, quorum nullus o-
nere aliquo gravaretur, quales apud Noluntates ij sunt, quos [Hidal-
gos Exmunes] appellamus, quam ego potestatem vocem ab im-
munitate tractam, postea temporis usu ipso corruptam in forum non
omnino dissimilem puta. Quae praefecto primitus nobilitas putata
est maxima, paucissimisque, ac parva extra Italiam concessa, nec
nisi ob urgentia meritis. Perissima enim immunitas omnium
onerum ac publicorum munerum extra Coloniam, tributorum
que.

que omnium soli et capiti, hospitique vacationem complectebatur.
 Monumenta duo Messana in Sicilia hodieque extare dicuntur, quae
 quam non nemini dubia esse fidei videantur, libuit tamen hic par
 tem exprimere, quia maxime in rem presentem quam tractamus.

S. P. Q. R.

SERVIO FVLVIO FLACCO. P. CALPVRNIO PISONE. COS.
 VRBEM. MESSANAM. A. PROVINCTAE. COLONIAE. TRIBV
 TIS. CUIVS LIBET. VECTIGALIS. FIXI. MOBILISQ. PONDE
 RE. PER. OMNIA. SAECVLA. LIBERAVIT.

mox merita adduntur proptergue immunitate donabatur. Ex ae
 reo lapide haec sunt.

OB. QVOD. STATVIT. VRBEM. IPSAM. TITVLO. NOBILITATIS.
 EXTOLLI. ALIISQ. PROVINCTIAE. CIVITATIBVS. SACERDO
 TES. DARE. EIVS. QVE. CIVES. ROMANORVM. HONORE. ET.
 SICILLIAE. CAPVT. ILLIC. FUNGI. POTESTATE. ROMANA. LA
 PIDES. EIVS. A LEONTINO. VSQ. AD. PHAEDAS. EXTENDI
 NAM. ID. SPACIVM. CAETERIS. DEFICIENTIBVS. ROMANAE
 DITIONI. SERVAVIT.

Haec quidem tam sunt ampla, ut non immerito, confecta ab otioso homi
 ne censeantur. Fidei maioris monumentum alicui Hispaniense Ca
 panza hodieque existens, quaequam qui in dubium vocet non de
 est; illud istum subici.

J. VICTVRIO. ET. C. SEMPRONIO. COSS. ⁺POPVLVS. PROVINCTIAE ⁺POPVLIS.
 ARENAT. OB. SUPERIOR. TEMPORVM. BELLA. AD. SVMMAM. IN
 OPIAM. REDACTIS. IMMUNITAS. DATA. EST. QVOD. QVIVS. TER
 RARVM. AD. EMERITAM. VSQVE. AVGVSTAM. INTERIACET. LADI
 DISVS. STERNERETVR. CENSVERE. SIQVIDEM. E. MAIESTATE. AV
 GVSTI. DIVI. F. AC. S. P. Q. R. DIGNITATE. ET. AMPLITVDINE. HOC. ES
 SE. VT. PROVINCTIAE ⁺PORRO. AB. ITALIA. CONSTITVTAE. QVAE. DE ⁺POP. RO.
 REP. RO. BENEMERITAE. ESSENT. IN. MELIOREM. CVLTVM. REDV
 CERENTVR. ITAQ. T. MVRCIO. PROVINCTIAE. HISP. CITERIORIS
 PRAETORI. DEMANDATVM. EST. VI. CCCC. X. PONDO. ARGENTI. E
 PVBLICIS. POPVLLI. RO. EMOLVMENTIS. QVAE. PRAETERITIS. TEMPOR.
 QVAESTORES. RECEPISSENT. PROVINCIAM. SVBLEVARET. ET. PON
 DO. E. PROVINCIALIBVS. QVAE. AD. PHILIPPOS. QVAE. AD. ACTIACVM
 SVPERERANT. AVT. QVAE. IN. AERARIVM. NONDVN. RELATA. EV
 ERANT. CLX.

DE Italico iure controversia est, par ne immunitate, an etiam amplius quidpiam fuerit. Par fuisse excellentiorem docti viri, eo quod incredibile illis omnino videatur nullam fuisse ista immunitatem Italia civitatem, quod illis affirmandum videatur propter, si Italicum ius ab immunitate distinguerimus. Cuius vero credat, cum non paucas in Provinciae fuisse urbes immunes, et ex probatis auctoribus, Plinio praesertim placet, constat, nullam in Italia eo iure donatam? Et vero non exiguum habet momentum coniectura haec; nam quae praeterea congerunt, parum movent. Sed rapit in oppositum Plutarchus prima, qui testis est C. Gracchum legem fuisse de dividendo pauperibus e plebe agro iudicia singulis annua pensione, quam aerario inferrent: et tamen Capuanus et Laris finem ager, quo deducendi erant, in Italia, non extra erant. Non ergo Italici universim excusatio a tributis, et immunitas, nisi deducendis aut legem ferentis voluntate excusarentur. Neque patet Gracchum novum more, sed sibi iam ab antiquo colonias illas voluisse deduci: quod si fecisset, haud dubie sibi plebem infensam redderet, cum tamen eam sibi conciliare actionibus illis popularibus omnino vellet. Neque, quod in nullo ex scriptoribus praesertim legamus urbem in Italia immunitatem ullam, ideo, nullam fuisse dicemus: immo certum mihi sedet Plinio aequo plurimas fuisse immunes, ut super de Neffana notabamus: certe a silentio scriptorum infirmum ducitur fundamentum ad negandum, maxime cum in oppositum alia pugnent tam perspicuae. An non in Hispanias placet ius alterum ab altero diversum? in ea certe et Italicos et immunes et Latinos populos gentesque legimus. Nam Caesar Augustani, et Illicenses (a quibus Illicitanus sinus) fuisse immunes Plinius auctor est, contra Italico iure Bilbilitanis donati sumi persuadent, quos in Bilbilitanis exhibuimus: nam Latinorum plures populi. At non unquam aut Caesar Augustani aut Illicenses dicit Italici; Nec Bilbilitanis Immunes; quam credo appellationem maluissent, quam aliam illam, cum ea ipsa appellatio beneficium magis indicet, quam si Italici dicerentur. Quare ergo non modo Italicum ius ab immunitate alium patet, sed etiam infra illam aliquantum fuisse, complexumque vacationem tributorum, non quidem omnium, sed sibi tantum. Nam pensio singulis iudicia e plebe a Graccho ad onera capitis referenda omnino est. At immunitas, ut dictum, utrumque complexa, omni onere sibi et capitis, et hospitii, et tutelae, extra civitatem suam, levabat.

QVO NUMERO VETE

rani Caesarangustam deducti fuerint.

CAPVT XXXIII.

PERPLEXA RES. HAEC MULTIS DIFFICULTATVM AMBA
gibus, et ignorantibus caligine obscuras, et in qua coniecturis potius,
quam certi testimonij stabilique ratione disputandum: quod disputa-
ri genus quam sit inualidum, si nudum spectetur, quis non videt? At au-
dendum tamen vel sic. Colonos non uno parique numero semper mis-
sos in Colonias, certius est, quam ut probatione eget: cum nulla omni-
no lege cautum de numero in perpetuum fuisse appareat. ~~Augustum~~ [†]
[tribus Romanorum millibus missis urbem Augustam habitandam tradidit]

Itabone auctore. Fuit ea Colonia apud Salasos, qui eodem ferme tempore
rebellarunt, quo Athures et Cantabri apud nos, dicta cognomine Praetoria.
Et Licius Drausus tribunus plebis de duodecim Colonij deducendis, ternisque
in singulas miopum millibus scribendis Plutarcho teste legem tulit. ~~Itabone~~
~~Itabone auctore. Fuit ea Colonia apud Salasos, qui eodem ferme tempore~~
~~rebellarunt, quo Athures et Cantabri apud nos, dicta cognomine Praetoria.~~
~~Et Licius Drausus tribunus plebis de duodecim Colonij deducendis, ternisque~~
~~in singulas miopum millibus scribendis Plutarcho teste legem tulit.~~
~~Itabone auctore. Fuit ea Colonia apud Salasos, qui eodem ferme tempore~~
~~rebellarunt, quo Athures et Cantabri apud nos, dicta cognomine Praetoria.~~
~~Et Licius Drausus tribunus plebis de duodecim Colonij deducendis, ternisque~~
~~in singulas miopum millibus scribendis Plutarcho teste legem tulit.~~
Longa plures Rullus etenim
qui non mil-
lens in Colonias singulas deduxit, lege lata de Colonij capuam deducendis:
Auctor eius rei Fulcius. Addere his possem exempla alia, quae omitto.

Variam ergo rem fuisse haec maxime efficiunt, nequa certam numerum ex
lege tenuisse. Mihi vero sagaciter indaganti proclivis est ut videatur diseri-
men aliquod constituendum inter militares Colonias et plebeias: rursusq.
inter militares ipsas, quarum aliae in agrum bello captum tanquam in
perij propugnacula deducebantur; aliae in agrum aut pretio a Principe
redemptum, aut liberaliter a Provincialibus datum, emeritorum stipendio-
rum in premium.

VM exhausti plebis gratia (qua in voce notus est Ciceronis sen-
sus, aut conuictum potius) deducenda Coloniarum, infra sex millia dedu-
ant Colonos facile mihi persuasserim: exemplo Licij Sex, quaternam mil-
lia; et Rulli, quae quina millia conscripta. Et tamen Rulli Lex
quo capite de quinque millibus stabebat, acriter Ciceroni reproba-
ta, cui maior aequo numerus ille visus, eam certe ob causam, quod

commu

Addita hic vide sub eade
ligno.

An. v. c. i. v. Carina de
ducti sunt ccc. e cici
Gus. Dionys. Lib. 11.
Eodem anno Antenna de
ducta, finis Sabino bel-
lo 1. totidem in eam mis-
si. Auctor idem Dionys.
eodem lib. 11.
Romulus Fidenatibus sepa-
rari et urbes eorum captas
Coloniam eam fecit, missis
eo bis mille et quingentis da-
cibus. Dionys. lib. 11. Pla-
tarchus. Postea an. v. c. ccc
XXVI. Colonorum additus nu-
merus, aegeruaji bello in-
terem tuum assignatus. Liu.
lib. 11.

plerumque flagitiosi homines, et scelerosi, alienoque aere infames per agrarianam legum occasionem Urbe honorati, nec minus tamen illi ne cessario exilio pellebantur: quos certe ut faule [malis cum malo colliquescit voluptate], magno numero in eadem multi Colonias periculo non vacabat: ne scilicet communicatis consiliis iunctisque viribus novas res cogitarent. Quae ex re melum intentat Sullae Urbi in Agro riji magnum.

AT DE Militaribus aliter omnino sentiendum cum in agrum bello captum continendis in officio populi deducebantur: et raro in has infra sena milia militum scripta certatim est. Quod plerumque in eisprovinciis factitatum, quae a Romana arce longius distita, non aliter melius contineri, quam inpositis militaribus praesidijs, poterant. [Colonias] enim [inde dicta sunt quod Populus Rom. in ea Municipia miserit Colonos, vel ad ipsos priorum Municipiorum populos coerenda, vel ad hostium incursum repellendos.] Quae Siculi Flacci sunt verba, de quae militaribus haec Colonij accipienda. ^{At} vero in Provincia non paruas, nequam Romano iugo abstracta, atque ab Urbe Roma, et imperij robore longius distita, quid pauci possent? Accedit Fausti locus, cuiusfi expendantur verba, magnum ~~est~~ momentum rei quam tractamus additura existimo. Ea sunt Annali XIV. [Olim universa legiones deducebantur cum tribunis et centurionibus, et sui cuiusque ordinis militibus, ut consensu et Caritate Republicam efficerent.] Olim cui dicit, Augustum illi a cum oboculos versatum non ambigo; nam ab eo praedare tum instituta omnia sequentibus principibus semper in deterius habere cursum. Neque ante Augustum deductas ab alijs militares Colonias legimus, praeterquam ab Dictatore utroque Sulla et C. Cesare, qui certe non multis annis praecessere Augustum. At legiones supra sena milium milia complevisse alibi notamus.

DE IIS Colonij in quas milites deducti exerituum stipendiorum premia agros accipere. seu sentiendum patet: neque in has eo numero deductos ut putemus quidquam est, quod cogat. Cum vero Caesar Augustam continendis belliciosissimis gentibus exstructam dixerimus, sit ut minimum in eam legiōnem integram deductam putemus: nisi vero in eam Provinciam, quae supra duo saecula continuis bellis Romanum exercuit, ac tum vix servare, etiam post ingentes clades doctas, aliter misisset milites velis, quam in alias. Vix Celtiberi gens in qui

inquieta, et cui cum lacte infusus Martis amor, ingenio horrida,
 moribus infesta quietis, debellati fuerant; idque pot' ingentes non
 minus acceptas, quam illatas clades: necdum etiam Cantabri Astures
 que, qui paulo ante immunes imperij, validissimi cum essent popu-
 li, agitabant, conquieverant. Cui neget Clonij fuisse opus, quibus
 furor ille tum, maxime timendus, quos per vim in arcto conclusos crü-
 pere gesticulat, tanquam validissimi propugnaculis exiperentur? donec
 pedetentim Languesceret. Cum profertim Augustus prudentissimo co-
 silio unam eam viam facilem expeditamque sciret, vel ad Provinciam
 aliter in officio continendis, vel inducendis Romanis moribus, si pre-
 sidia militum per provinciam late disposita aut metum armis in-
 uterent, aut societate et commercij inciderent ad amorem discipli-
 nae omnisque Urbanitatis. Nam non ego aliam fuisse causam per
 longissimi belli cum ijs gentibus, quam Cloniarum defectum; neque
 etiam aliam pacis sub Augusto quietisque ad annos multos, quä
 earum multitudine tota Provincia sparsam.

HEC nos de sexis millibus dixerimus ex coniecturâ tantum non certâ
 stabilitaque; sed nec omnino contemnendâ. Quod si cui de pluribus ratione
 probabili videatur, dabo me in illius sententiam libens et vobis: nec
 mihi longius à vero abire videatur, qui de pluribus consuerit. Certe soli
 Obertas, Celibonignitas, Neri commercia, Augusti monumentum, quä
 ti frenum, imperij propugnaculum, veteranorum premia in una
 Urbe deposita, ingenti numero Clonos deductos fuisse confirmant. Et
 vero Casaraugusta situs talis est, ut quisquis illum vel semel vide-
 rit; statim falsus videatur, aut nulli in Hispaniâ, aut magna
 hic Urbem conditam, deductamque. Cum profertim eam deductor Au-
 gustus, iam ab eo tempore delegisset illam tanquam dignissimam,
 quæ caput esset Conventus amplissimi et nobilissimi. Quod si nō
 pot' multo anno Iberij Caesaris suo Legio integra in supplemen-
 tum missa, quæ dere suo loco, quis non statim affirmet Subini-
 tiam Legionem aliam minimum in eam ab Augusto deductam?

DE VRBIS NOMINE

curiosius disputatum ex antiquis

Monumentis: nu

mi veteres.

CAPVT. XXXIV.

DE NOMINE RECENS CONDITAE VRBI AB CONDITORE VR
 bi indito, frustra videri possemus disputacionem ingredi, nisi magni duo vi
 ri, qui ut ingenio et eruditione peni pares, ita sententiâ simillimi negare
 ausi essent, ~~veritas~~ quod ~~certa~~ certa quaedam argumenta, et coniecturas
 stabiles persuadent. Hi sunt Hieronymus Luricus, et Ant. Augustinus:
 Putant illi quidem ab Augusto Casare nomen Colonia inditum, sed primi
 tus tamen non duplici voce CAESAREAM AVGVSTIAM, sed unico exge
 minis constituto CAESARAVGVSTAM. At quanguam res haec leuior sit
 quam ut propter eam digladiari videamur, nobis tamen, quibus quae
 ad eam urbem spectant opere proprio pertrahantur, visum non est extra
 institutum sermonem esse, etiam leuiora haec ^{non} intacta praetermittere. Ratio
 qua permouit illos una eademque, quam si inuicem esse effecerimus,
 credo etiam res omnis confecta erit. Aient nusquam se aut in numis
 aut in lapidibus legisse Colonia nomen nisi unum, et utroque illo compa
 ctum, CAESARAVGVSTAMque dictam, ut iam in do a condite suo eom
 ni vocabulo videatur compellata. Atque haec una ratio ita valida in se
 Antonio Augustino, ut non dubitaret eos numos omnes, in quibus hacten
 ta notula C. C. A. quisane magno numero videntur, Patriae adimere,
 tribuereque Calaguri. At, quae illius erat ingenitas et veriamor, pa
 lam professus est, redditurum se ea numismata CAESARAVGVSTAE, si
 alicubi apud aui Veteris scriptores, aut monumenta aut numos legi
 contingeret Patriam duplici dictam vocabulo CAESAREAM AVGVSTAM.

NOBIS vero alia eundem omnino via, qua verum rapit, in cuius
 vnicuius verba tanquam magistri, non alterius quam temeris creditis, curan
 dum, dudum censuimus. Ita veneramus quidem magnos scriptores, sen
 tentiam aure improbamus inani rixam fundamento, quod iam dicimus.
 Omen felix, si in deducenda Colonia nomen Principis contigisset imponi:

cum

cum praesertim is Princeps erat, cuius appellatione gloriari non frustra
 posset nobile oppidum. Sic ab Augusto, qui primus [cum] discordijs
 civilibus fessas nomine Principis, sub imperium accepit, plures ha-
 buere nomen in Provincijs Civitates, quasi a Deo acceptum, non
 tanquam ab homine datum esset. Sed aut Augusta tantum, aut dicta
 Caesarea, ut supra sexaginta Urbes in Provincijs Augustae illo no-
 mine donatas numeravim. At distinctioni gratia, cum maxime in
 eadem Provincia eiusdem vocabuli plures condita, aut Gentis nomi-
 additum, Augusta Tauinorum, Augusta Auscorum, et alia numero
 penè infinita: Aut a varia causa cognomen, Augusta firma, quae pri-
 us Aligi, Augusta Gemella, quae Fucci, Augusta Valeria, quae Sa-
 tabis, et innumera praeterea. Aut tandem Urbes aliorum Princi-
 pum a quo post Augustum condita, cognomina ab ipsis indita, ut Au-
 gusta Tiburij, quae hodie Ratisbona putatur. Eodem prorsus modo
 Caesareae multa multiplice distincta cognomina. At cui usumque no-
 men Augusti sit permissum, unam novimus CAESARAUGUSTAM: qua
 si quod quod honoris, aut imperatoriae dignitati in Augusto Caesare
 esset, vni donaretur. Ideoque nec operis fuit addi cognomen ad discri-
 men, nam eo vocabulo praeter illam nulla omnino neque in Hispania
 nec alibi compellata. Sed de his constat.

AT CAESAREAM AUGUSTAM, ^{ditam} quando, qui contra sentiunt,
 eo provocant, ex veterum monumentis eruendum est: nam siue la-
 pides, siue numos, siue scriptores etiam veteris aei consulamus, id
 omnino fiet. Et quanguam in lapidibus tribus, quos supra habet
 Cap. X. CAESARVSTA unico vocabulo dicitur, Istos esse non potest in
 quibus vrbis nomen vicat, nec eos ab Leuita videri, qui de his pro-
 cul eorum alicubi mentionem fecit: Certe Loaisa notis ad Iberi-
 ca Conclia, et Ortelius non indiligens uterque scriptor ea verba in
 veteri monumento extare sunt testes:

COL. CAESAREA. AVG. SALDVBA

siue integrum dederint, siue mutilum, quod putamus. Cui tamen,
 verum ut fatear, mihi suspecta fidei lapis est, cum nullibi videri
 nec scriptores illi prodant, non aliam ob causam negligia ignora-
 vere, nec potest aliunde Ortelium habuisse, quam a Loaisa, et Lan-
 gifer ex adulum asserenti, quod non viderat. Itaque potest ad nostra
 sententiam comprobendam argumentum sumi firmum a lapide

monumenti non posse in oppositum posse, ad comprobandum scilicet
 uno dictam nomine CAESAREAE AVGVSTAE, quod ne nos quidem nega-
 mus. Transeo ad numos quibus incorruptior fides, cum in illis
 maxime Urbis nomen integrum, et omnino ^{quale} exat scriptum con-
 stet. At in illis utroque modo dictam urbem nos ipsi oculis testati sumus,
 fieri et alij: nam Goltzius, cuius diligentiae multum debent ha-
 bitere, numos habet duos, quibus nomina integra inscripta duo,
 et ne litterulam defideres. Alterum hic habes, alterum Capite
 quo de Duumviris agimus.



Addere hic poteris numos alios quibus nomen utrumque compendio
 scriptum C.A.S. AVGV.S. quorum apud nos tres sunt: habes unum
 cap. illo. Accedet raris tertia ab illi numis, quibus tribus littera
 his cuiusque vocabuli primis inscriptum est nomen Urbis. C.C.A.
 COLONIA CAESAREAE AVGVSTA. qui sane multo numero apud
 nos et amicos visuntur. partem hic habes, partem eo Capite quod
 superius indicavi.



At An.

At Ant. Augustinus negat numos illos Casaraugustanos esse. Itaq.
 sed nullibi verius comprobatum est, etiam vigilantissimos alicubi der
 nitasse, et maxime in longi opere fatigato obrepere somnum. Calagu
 ritani inquit nemi, citius nobis legendum, COLONIA. CALAGU
 RIS. AVGVSTA. Vide peccatum depler tribus verbis. Nam Calagu
 rim Nassicam Municipium, non Coloniam fuisse ex numis et Pl
 inio sari comprobatum Cap. XXVI. imo absentem cur ab Augusto Mu
 nicipium ibi quam Colonia deducta. Et profecto mirum fuerit intam
 grandi nominatim numero, quot nullus alius dedit, municipium
 semper, non Coloniam dictam Calagurim, si Coloniam fuisse velis. Acc
 dit et alia ratio non minus efficax ad id ipsum statuendum. Nam eod.
 illo Capite XXVI. ^{Augusti quatuor.} ~~tribus~~ ^{quatuor} Casaris tres numos habes cum hi nobis M. C. I.
 Municipium Calaguris Italia, ut notavimus; et tamen plerique
 eorum de quibus nunc disputatio est, an Calaguritani, an Casara
 gustani sint potius, ^{eorundem imp.} ~~tribus~~ ^{quatuor} ~~omnium~~ sunt. Ut omnino affirmare ca
 garis Calagurim, ^{Augusto} ~~tribus~~ ^{quatuor} rerum arbitri, et Municipium et Colonia
 fuisse simul: nam quantum absunt nota ille M. C. I. ab his C. C. A.
 Alterum in quo lapsus Ant. Augustinus id est, Calagurim Augustam di
 ctam, cum contra Italia semper in numis appelletur. Et profecto
 maxime mihi mirum est ~~et~~ docti viri incogitantia, qui cum eo ad
 imat Casaraugusta numos, quod nullibi in illis vocatam ^{legitur} ~~legitur~~ ^{eam} ~~legitur~~
 lo gemino CAESAREAM AVGVSTAM, sed engeminis unico CAESAR
 AVGVSTAM: et tamen eos restituit Calaguri, quae nullibi aut Colonia
 dicta legitur, aut cognomine Augusta. Quae eo potius impellere de
 buissent, ut certius multo putaret numos illos Calaguritanos non esse.
 ACCEDIT et alia coniectura, quae mihi quidem magni ponderis sem
 per est visa: Nam si eorum numerorum, quot non exiguo numero vidimus,
 unum demas Augusti, aut forte alterum, ceteri aut Iberij, aut Caij
 sunt, neque ullam me videre horum memini, qui Casaraugusta esset,
 aliterque nomen haberet inscriptum: ut aut dicendum sit nobis nul
 lum Iberio Principe aut Caii numum Casaraugusta cuspum, aut
 nullum omnino superesse. Postremo illud addendum, Caii impera
 toris Scipionem et Montanum habere daum viros, in quo notula illa
 grandibus litteris C. C. A. quot tamen primos Colonia duum viros Au
 gusti deductore fuisse alibi confirmamus. Sed bene habet, habemus Ant.
 Augustinum nostra sententia etiam asserentem, qui ingenue professus
 est res

redditorum. se ea nominata. Patria, siquidem alicubi legitur CAESARE
A. M. AVGVSTAM duplici dictam nomine: nam sic alicubi appellatam
videmus, quarum certa est auctoritas, confirmacimus.

SED ne nihil intactum reliquere videamur, ago, consulamus scri
ptores veteris aevi. Et quamquam communis uno vocabulo ex duplici
constituta dictam scriptoribus non diffitemur: Ptolemaeus tamen Graecus
auctor perspicue gemino nominavit. [Sic] Castellani scilicet [et
Brasitani, atque Celtiberi magis orientales sunt. Edefani; et civitas
ter mediterranea Καλαγεια ἀγροῦσα] Proqua interprete fide nombo
na Caesaravugustam vocavit. Deinde Antonini Itinerarium, quicquid
illius auctor est, sapienter eam urbem ut Ptolemaeus appellavit. Loca in
dicabo.

Alio itinere ab Emerita CAESAREAM AVGV

STAM M. P. CCC. XLVIII.

Nestorica M. P. XXI.

Locontia M. P. XIV.

CAESAREA AVGVSTA M. P. XVI.

Item ab Africa CAESAREA AVGVSTA. (Caesarem
Augustam potius) M. P. CCCC. XCVII.

Belonica M. P. XX.

Bovicia M. P. XX.

Nico a quario M. P. XXII.

Atulciam mansionibus supra scriptis M. P. ~~CCX~~ CXCIV.

CAESAREA AVGVSTA mansionibus supra scriptis M. P.

CC. ~~CCX~~ XV.

Item a Liminio alio itinere CAESAREAM AVGVSTAM
M. P. CCXLIX.

Cave M. P. XX.

Sermone M. P. XXIX.

CAESAREA AVGVSTA M. P. XXVIII.

Ab Emerita per Lusitaniam Caesarea AVGVSTA M. P. CCCC.
LVIII.

Atulciam M. P. XVIII.

CAESAREA AVGVSTA mansionibus supra scriptis M. P.

CC. XVI.

Item ab Africa Favracone - Gracchis M. P. XXXII.

Bellione M. P. XXVIII.

CAESAREA AVGVSTA M. P. XXXIII.

De Hispania in Aquitaniam, iter à CAESAREA
AVGVSTA Bénéharro.

Lubitum est tam multis haec persequi, ut ea scriptoris tantum verbis, non nostris, daremus. At non raro aliter hanc scriptori dicta CAESAR AVGVSTA. Ita est: sed tam multis corruptum locis in vniuersis urbis appellatione non puto, quod Lucretia viduit, cui semel haeserat, nunquam antiquitus dictam aliter. Sed foedi lacusis liber illa deprauatus, ut sapio [nec pes, nec caput vni reddatur formae:—] neid quidem nego: sed cur postquam in CAESAREA AVGVSTA, quam in CAESAR AVGVSTA lacunas statuas, ego non video; cum praesertim frequentius proire, quam posterius vocabulo, illi sit dicta. Itaque fixum maneat Urbem antiquitus utrog. nomine compellatam, quod et in alijs obseruare in Hispania licet. Namque Braccaram Augustam, et Braccaraugustam dictam Monumenta et numi persuadent. Quod si conieceris quodpiam dandum, Urbem ego primum ab Caesare Augusto conditore nomine duplici, et duplici illius ducto compellatam puto CAESAREAM AVGVSTAM. Argumento duplex Agrippa numus, quo de supra mentio incidit, in quo C. C. A. compendio nominata, COLONIA CAESAREA AVGVSTA, et explicatum est: quo nos anno de ductam Coloniam Augusto VII. et Agrippa III. Cons. Cap. XXIX. demon- strauimus. Itaque CAESAREA a Caesare vocitata, cumque multis in Pro- uincijs eo vocabulo nota essent, aut esse possent; ab Augusto AVGVSTA dis eriminis gratia cognominata est, cum in Hispania plures etiam Augustae essent Emerita, Valeria, Firmas, Gemella, Noua, alia. Post etiam dan- Augusto superfluit et breuitatis, et euphonia causa nomen insertum nomi- ni, et CAESAR AVGVSTA dici coepit, quod nomen iure frequentius tenu- it. Ideo nos in huius Operis vestibulo CAESAREAM AVGVSTAM au- si primum nominare, firmaturi hoc loco appellationem.

EODEMNE SITV AB AV

gusto olim, quo nunc visitur, sita fue-
rit CAESAR AVGVSTA.

CAPVT. XXXV.

The first part of the manuscript is a list of names, possibly of a family or a group of individuals, arranged in several columns. The names are written in a cursive hand and are difficult to decipher due to the fading and the angle of the page. Some legible fragments include "Johannes", "Christophorus", and "Georgius". The list appears to be organized in a hierarchical or genealogical manner, with names of different generations or ranks.

EODEMNE SITV ABVA

grato olim quo nunc vltimo die fce
VII CAELARIVITA

CAPVT XXXV

DEPARTMENT OF THE INTERIOR

Geological Survey

Washington, D.C.

1880

Section of the ...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

THE HISTORY OF THE

ROYAL NAVY

BY JOHN HANCOCK

IN THREE VOLUMES

VOLUME I

THE EARLY PERIOD

FROM THE INDEPENDENCE OF THE COLONIES TO THE END OF THE SEVENTEENTH CENTURY

LONDON: PRINTED BY R. CLAY AND COMPANY, BUNGAY, SUFFOLK. 1845.

THE HISTORY OF THE ROYAL NAVY, FROM THE INDEPENDENCE OF THE COLONIES TO THE END OF THE SEVENTEENTH CENTURY. BY JOHN HANCOCK. IN THREE VOLUMES. VOLUME I. THE EARLY PERIOD. FROM THE INDEPENDENCE OF THE COLONIES TO THE END OF THE SEVENTEENTH CENTURY. LONDON: PRINTED BY R. CLAY AND COMPANY, BUNGAY, SUFFOLK. 1845.

DEDUCTIS MILITIB?

assignati agri: constituti limites:

Hygeni obscurus locus expensus.

^{Iuuenalis emendatus}

CAPVT XXXVI.

SITU COLONIAE AB AVGVSTO CONSTITVTO, STATIM de statuendis limitibus, et agris dividendis, per viros Geometrica rei Scientissimos actum est. De utroque hoc capite à nobis disputandum. Et aliarum quidem Coloniarum aliae fuerunt rationes limitum, prout quaeque situs commode vel incommode locatae: erat quae portui vicina stabebatur, erat quae monti incumbens, aut valli proxima respicit, erat quae silui adherens, vel etiam prope aliam Coloniam fuit. Sum vero Variationem maxime in limitandi ratione, ea quae adhibita, quae agrum modum et forma, situsque oppidi admittere potuit. Nos qui potissimum Caesaraugustanorum veteris deditionum limites fuerunt investigamus. Et certe locus ipse situsque Urbis satis indicat optimam illi omnium ac pulcherrimam limitationem conhibuisse, qualem Hygenas nonnullis in Africa Colonis aliaque fuisse prodidit. [Decumanus, etcardo in huius a Civitate oritur, et per quatuor portas in morem castrorum via amplissimis limitibus dirigitur. Haec est constituendum limitum ratio pulcherrima. Nam Colonia omnis quatuor partibus regiones continet, et eodem modo vicina undique: incolis quoque iter ad forum ex omni parte aequale.]


DECUMANVS etcardo, sivecardo, nomina fuerunt potissimum limitum: nam decumana quae maxima sunt dicuntur Romano more et ore. Sic in castris decumanae portas, et in tempestate decumanus fluvius: illa quae maxima, et parentissima ex aduerso castrorum dicitur, ut colligere ex Caesare, Livioque potest qui veteri: hinc etiam horridissimus dicitur, nam decumana quae nata sunt loco maxima existimantur: inde decumana dicitur. Contra cardo a coli cardine dicitur limes, nam cum decumanae ab ortu in occasum ducuntur, cardo ab septentrione in austrum curvatur, inde illi nomen ab ea parte, qua coepit. Nisi vero dicitur cardo est quod

caelo

caeterorum primus ducere, et velut norma eorum futurus; quod ex Plinio planum est loco statim indicando: nam quod ille de limitibus agrorum docet, domino ad Coloniarum limites applicari potest: sed hoc loco limitum nomine, non terminos agri, quo ab alij diuisis, sed modum ipsum viasque agrum vnicuique dicentes accipimus. Nunc Plinium addi. Vineas limitari decumano XVIII. pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum transites, alijque transuersos limitibus denum pedum distingui per media iugera. Aut si maior modus sit, totidem pedum Cardine, quod decumano, limitari. lib. XVII. c. XXII. At quo pacto decumanum ducendum esset, accipit, sed prius de Cardine. [Observatio scilicet orti, quo cumque libeat die, stantibus hora diei sextas, sic ut ortum cum à sinistro humero habeant, contra mediam faciem meridies, à vertice septentrionis erit. Cui ita limes per agrum currit, cardo appellatur.] lib. XVIII. cap. XXIII. mox sequenti cap. dat causam cur a Cardine ordiendum limitari. [Meridie ortu placet, quoniam semper est eadem; sed autem quotidie ex alio cali momento quam primum, ortus nequis forte ad exortum capiendam patet lineam.] Idea dicitur Cardo, quia ab eo caeteri constituti. [Per hunc transuersa curvas alia (linea) hoc erit ab exortu aequinoctiali ad occasum aequinoctiali, et limes qui ita facit agrum Decumanus vocabitur.]

Sic ductis duobus potissimis limitibus atque ad rectos angulos, ut Geometrico more loquar, sese intersectantibus in foro ipso, qua bifariam diuisa Colonia, agerque qua quo versusum. Sed quid ea Hygeni videntur? [Nam Colonia omnis quatuor partibus regionis circumfinit.] Obscuram rem perthis vocabulum reddit: nam si ea baulum accipiamus decempedes longum, qui deo decempeda dicitur, notum in metendis agris instrumentum, quid dicamus? Certe nulli hic non altissima. Existimamus hic Perthis nomine aliud significari quod primum instrumentum, quale Plinius limitandi facilius agris describit, vultices maxime, qui earum rerum communiter imperiti: [Qua ratio (limites statuendi) semel in quoque agro in eunda erit, vel si sapius libeat uti, à ligno facienda, regulis paribus in impauium exiguum, sed circumnatum adiectis.] lib. XVIII. cap. XXIV. Ergo Perthis hoc idem instrumentum ab Hygeno quod dicitur, cuius hic formam habes. Et fortasse dicitur perthis, quod perthis quater


nes in decussum campatis constitutum.



Et hinc facile de Hygeni verbis afferre licet. Id nimirum voluit, quod hinc Coloniae situs et constitutio talis fuit, ut Cardio Decumanoque sic duci possent, ut in medio concurrerent foro, tunc Coloniam quatuor habuisse partes Pertica, id est, in medio agro constitutam illum quaque versum habere; quod certe fieri non potuit quod hinc Urbis aut mari, aut rupi proxima; tunc enim opus, ut regione altera, vel duabus totis, vel saltem earum parte maxima caveret. Ideo ea constitutio omnium pulcherrima visa, et optima limitatio, cum omni ex parte aequi intervallo, et agri modo clauderetur. Nam quoties [rupium multitudo limites accipere propter loci difficultatem non potuit] ut Hygenus est auctor, eo territorium Urbis productum, quae potuit ager; et quod una ex parte deerat, adderetur ex alia: tunc vero [colentibus undique vicina] non erat Colonia.

At cum nullas huiusmodi rupes vestas, aut silvas, aut incul-
ta alia proxima super se fieri constat, quibus limitatio impediretur,
fit ut quaque versum quam latissimis limites productos super se
damus nisi quae Caesari Colonia territoriam curavit, quo CAESAR

AVGVSTAE territorium excipi necesse fuit. Nunc limites terminorum designare in tantâ antiquitatis caligine, quis audeat? aut qui me velit, aut speret posse? Nam non nulli, qui suarum Urbium, cum Romani iuris essent territorium ita sunt tanquam decempeda mensi, quasi vero limitationis ipsi praefecti testes adfuerint, Decumano XXX. p. m. longitudinem stantes: Cardini vero LXX. circiter, non movamur: cum quid quid in ea re dici possit, incertum ut sit et obscurum, prope necessarium videatur. Sed quia haec omnia obscura admodum, facilius oculo, quam aures capi possunt libuit hic imaginem ipsam primariae Coloniae, qualem nos fuisse putamus, cum limitibus praecipuis apponere.



AGRO centuriato et limitato, quae verba sunt in ea re solemniora, actum de divisione cum Colonis. Neque vero partibus agris dividi solent, ager, [sed secundum militiam modus] fuit, quae sicula verba sunt: ut scilicet pro dicitur agri officij proportione donaretur, et emeritorum stipendiorum.

Quod si

Quod si quibus par primum deberetur, neque dari par posset propter
 telluris inaequalitatem (neque enim omnis ager bonitate unus idemque
 est) sortito diuisio fieri consuevit; ut et iugis et molestis praedae
 veteri aditus. Veritas cum non equali obsequeretur, sic sortis aequalitati
 ta, ut maior vel minor agri portio assignaretur, donec quantitate boni-
 tas compensaretur. Sed neque pares in assignatione aut sortitione pa-
 dices, equitesque; sed pedis modus agrum minor, equis maior est datus,
 pro officij et militiae gradu. Duodena in singulos data iugera in Sicilia
 nostra, aut eo etiam amplius non incredibile illi fuerit, qui meminere
 nullum totidem iugera singulis de plebe statuisse: nam quanguam es
 nomine acriter in illum Iulium inuectus est. [Adiungit statatam campum
 agro Campano, et in eo duodena describit in singulos homines iugera] ad
 puto alia causa fuit, quod perditissimis ob nulla merita tantum agri diui-
 deret: seorsum facturus sine dubio si, non hominibus de plebeia fece, sed mi-
 libus post longos militiae labores, tantundem aut eo amplius assigna-
 ret. Anno certe Urbis condita 1711. Gn. Cornelio, P. Aelio Cor. cui
 de agris veterum militum relatum esset, decretum a Patribus, ut Ma-
 nius Praetor Urbanus, si ei videretur, Decemvires agro Samniti, Appu-
 loque, quod eius publicum Populi R. esset, metiendo diuidendoque
 crearet. Posteroque anno decretum, ut quot quisque P. Africani mili-
 tum annos in Hispania, aut in Africa militasset, in singulos an-
 nos bina iugera acciperet, cum agrum decemviri assignarent.

At enim, quando eo ventum, ut de agri modo disputarem, opera
 fuerit precium Iuuenalis Versiculum insignis ut putam mendo feda-
 tum persanare, ~~Ex~~ Sat. XIV.

— — — Praetis etate, ac Punica passis

Praetis, vel Pyrrhum immanem, gladioque Molestos,

Tandem pro multis vix iugera bina dabantur

Valneribus: merces ea sanguinis atque laboris,

Nulla ^{vix} unquam meritis minor, aut ingratis

Certa fides Patriae. — — — Nam quis non

statim videat ex vocabali affinitate mendum, et ex [dena] factum [bina]?

Id vero perspicuum erit perpendenti vim probationis: ea enim cum di-
 nisset, mox subiungit:

Nunc modus huius agri nostro non sufficit horto.

Quibus in eos inuectus, qui nullum cupiditati terminum statuentes,

Agris

agris agros adiungebant, nec contenti modico, hortis in Urbe, silvas, et sal-
tes in media illius frequentia possidebant. At non adeo impiabile scelus
erit, dignumue summæ Satyrice bina iugera in horti delicias con-
secipis, nec eo agri modo contentos ultra aliquid addere, adeoque an-
gustis limitibus nata suas delicias circumscribi.

RESP. CONSTITVTA

ad Romanæ formam: Decuriones Senato-
res et Patres dicti: ordinis appellatio: Curia
Prætorium: ordo inter honores ser-
uatus.

CAPVT. XXXVII.

DE COLONIAE REPV. VT DISERAMVS INSTITVTVS ORDO
postulat. At de ea re, quod ad Caesaravgustam attinet, alium silentium.
Verum cum in eo similes omnino formâ in Romanis omnibus Colonis
obseruata fuisse sit certum, facile erit inuenire quali genere Reipub.
gubernata Romanorum aue fuerit. Ideo usum non communia nec
paucâ apud varios varia obseruata monumentis consignare, cum quia
res et ab alijs, quorum maxime intererat, aut neglecta aut pretermis-
sa; tum maxime quia ad splendorem Urbis nostræ non exiguum sit alio-
tura momentum, ut putamus; nec futura in iuenda lecturi.

VRBIS Romæ parua simulachra et imagines Colonias Agellius
venustissime appellauit; erant enim veluti minores Romæ, si Senatus,
Curiam, Magistratus, et cetera, quæ Reipub. attinent, propius confi-
deres. De his ordine dicamus, ac prius de Colonia Senatu, aut Mun-
cipali; neque enim in ea re inter Colonias, Municipia, et Præfatu-
ras multum inerat discriminis: quod vel ex eo constat, quod in iure
civili Municipalium rerum nomines Colonias etiam veniunt; cum
tamen de Colonis et Colonis aut exigua, aut certe nulla sit mentio
eo significatu. Quid si quid inter hæc intereret discriminis, suis
locis indicabimus.

COEONORVM ea pars, quæ consilij Reipub. publicæ causa deli-

gi solita, ad similitudine Senatu dicti, et qui conuenerent Senatores. In uer-
 ni monumento ea sunt uerba: L. BETILLIENSIS. L. F. VAARVS. HAEC
 QVAE. INFRA. SCRIPTA. SONT. DE. SENATV. SENTENTIA. FA-
 CIENDA. COIRAVIT. Et inferius iterum: SENATVS. FILIO. SIL-
 PENDIA. MERITA. ESSE. IOVSIT. At de Municipali curia sermone
 esse ex serie ipsa monumenti et scriptura constat. Exstat Aleri in La-
 tio, nam Alatro. Lugduni in alio cippo: R. V. S. P. ANTROPHILI. R. V.
 SON. SENATOR. COL. LIBERTO. DE. SE. BENEMERENTI. IN. SVO
 POSUIT. Immo antiquos Curiam Senatum minorem appellasse, Cassi-
 odorus est author lib. II. var. Epist. ad Gordianum. Et S. C. Lega. Qui
 ad tempus. S. Pruide, D. de Decur. et eorum fil. ea habet. [Qui post
 Patris relegationem natus sit, siquidem ante conceptus est, similis Sena-
 toris filio habeatur.] Hinc ea in lapidibus fluxere. S. P. Q. LANUVI-
 NVS. LAURENS. NEAPOLITANVS. NOLANVS. ET. S. ET. P. SAGUN-
 TINVS.

*Colonias

QVIN etiam Patres dictos Decuriones alicubi me legere meminisse. In
 Hispania certe Munda, quod oppidum Caesaris cum Pompeianis pro-
 ho nobilitate est, lapis talis:

IVL. NEMESIUS. NONENTAN. VICE. M. AUREL
 IMP. SACRA. BETICAM. GUBERN. PRAETORIVM.
 IN. VRBE. MVNDA. QVO. PATRES. ET. POP. OB. REMP.
 RITE. ADMINIST. CONVEN. FLERI. MAND.

Nunc patet mirum nomini esse, conscriptos etiam dictos, ut Roma qui de
 Senatorum numero; nam et in albo conscribi eorum nomina solitas,
 et sub Colonia deductionem consilij causas: quo vocabulo alicubi in Ciuiti
 Iure vocatos appellatque Decuriones patet, nam locus exiit. Et in aenea
 tabella apud Nysinum ea exstant: PLACERE. CONSCRIPTIS. LEGA-
 TOS. EX. HOC. ORDINE. MITTI. AD. T. POMPONIVM. BASSVM. At un-
 de speciosa haec vocabula in Colonia fluxerint, non est difficile diuinare,
 sicut is fuit Coloniarum fons, nam simile quiddam de Capuanis inferi-
 us indicabimus; sicut adumbratio quaedam Urbis primigenia, quae om-
 nium Coloniarum communis parens. Curiales etiam a Curia dictos
 ex Ciuiti iure infinitis propemodum locis constat.

PROPRIVM tamen eorum nomen sicut a numero, sicut a loco ducti,
 Decuriones. At eam appellationem a numero natam non participarent,
 nec facile est omnino ab eorum sensu consensuque recedere. Nam sub

ini fa

initia, cum Colonia deduceretur, [decima ~~pars~~ pars eorum, qui deducere-
rentur consilij publici gratia conscripti solita] Cetera S. C. Verba L. Pu-
pillus, S. Decuriones. D. de Verb. Sign. Vbi Glossa. [Decima, id est, decem
ex illis probiores, plures enim decima erant: nam decies decem elige-
bantur, ut ex his decem meliores optarentur, et eligerentur a prudentibus]
Quod mihi tamen longius a vero abijse videtur, veltingique nimium
Decurionum numerum, cum plures tamen longe fuisse conset: qua
in rem praeter ea, quae inferius sunt dicenda, illud nunc facere videtur,
quod L. Quis tam. C. de Decur. Lib. X. dicitur. Ea enim lege distulit
vntur, ne quisquam ad transacti honoris iterationem compellatur,
in vobis magnifico statu praeditis, ac Noticia Curialium numerosa
tate locupletibus. Nos deni credo numerositatem faciunt. Itaque ver-
tum ex lege Decurionum non fuisse numerum in Colonis singulis, certi
mihi, sed pro modo et magnitudine plures, paucioresque.

HINC natum, ut, quemadmodum Roma Senatus decreta singula
ribus illis litteris S. C. Senatus Consulto, indicata, notataque; ita profor
Decurionum Consultas notis illis indicarentur, quae passim in veteris
cui monumentis videre licet: D. D. id est, Decretis Decurionum. Neque
ideo Populum ~~exclusam~~ ^{exclusam} omnino pura: Sicut illi locus autho-
ritas que fecit, ut etiam Roma, saepeque cum Decurionibus coniuncta et
potestate, et appellatione. Hinc illa solitaria in vetere Lapide, in mar-
gine Lapideae tabulae marmoreae Praeneste in Latio hodieque super
hinc. DECURIONES POPVLVSQ. Et illa non minus in rem hanc
Marchena in Hispania in Cippo:

T. MARCELLINO. I. F. EX
ORDINE DECVR. MAR
CIAE. COLONIAE. OMNIB
NON. IN. REP. SVA. FVNC
ET. MVLTA. LIBERAL. IN
POP. SVVM. VSO. ORDO. DE
CVRLON. POPVLO. IMPE
RANTE

Et illa in Alifanorum in Italia monumento: ORDO. ET. POPVLVS.
ALIFANORVM. et illa etiam hinc omnino gemina: ORDO. ET. PLEBS
TRIENS.

Ex his et alijs observatum Decuriones simplicissime ordinem
dicitur.

dicit, eo nimirum quod ordine et scripti et numerati: et quod aliud
Curia, quam centorum hominum ordinatum Collegium? Sed haec de re
non multo post sermo redibit: nam pergendum in incepto est. Vetus statu-
mentum Neapoli.

IMP. CAES. L. SEPT. SEVERO. PIO

PERTIN. AVG. ARAB. ADIAB. PARTH.

M. TRIB. POT. VII. IMP. XI. COS. II. ET

IMP. CAES. M. AVR. ANTONINO. AVG.

TRIB. POT. DOMIN. INDULGENTISS.

ORDO. P. Q. NEAPOLIT.

D

D

Tarracone aliud ea habet: Q. ANTHRACIO Q. F. VELINA. INGE-
NVO. ADLECTO. IN. ORDINE. TARRACON. Et alia passim ma-
ximè in Civili Jure. Immo etiam addita magna cognomina. ORDO
SANCTVS. ORDO. SANCTISSIMVS. Vetus monumentum Lugduni.

SEX. LIGURIVS. SEX. FIL.

GALERIA. MARINVS

SVMMS. CVRATOR. C. R.

PROVINC. LVG. QVIRALIB.

ORNAMENTIS. SVFFRAG.

SANCT. ORDINIS. HONORATVS

In alio Buccini in Lucania ea verba: HVIC. ORDO. SANCTISSI-
MVS. DECVR. OB. SPEN. PROCESSVS. EIVS. HONOREM. DECVRIO-
NATVS. GRATVITVM. OBTVLIT.

LOCVS quo Reipab. causa convenire soliti Decuriones, Curia di-
cta, unde suspicari quis potest, Decurionum nomen à loco, non à nume-
ro fuisse ductum. Quo Decuriones Populusque, Viriudicia Plebis Senatus
fuerit coniuncta, soliti convenire, Praetorium nominatum. Lapidem
habet hoc capite ipso.

SENATVM Ordinem appellatum reperiri indicatum est, scilicet quod
inter Decuriones seu ordo servatus et loci, et dignitatis. Certe in alio sub
initium scriptis constat, pro singularum meritis praerogativas potestates esse,
aut certe pro deducendis libito. Colonia deducta max de loco et or-
dine lege caeteri solitum: Sin nulla lex esset, qua esset de ea re cautum,
tum dignitati habita ratio, eoque scripti in alio ordine Decuriones, quo
quisque summo honore functus fuisset in Colonia sua. Itaque Parmei
ri du

† forte Q. VIRALIB.

ri dacebant agmen, potissimoque honori. Et tunc, summes dabatur le-
 ces: max Decuriones, id est, qui Decurionate functi fuerant, seque-
 bantur; sed inter illos antiquissimus quisque prior erat. Deinde hi, qui
 secundo post Decurionatum honore in sua Rebus defuncti erant, dace-
 te inter eos numerum, qui eo anno eo munera fergebantur. Post hi
 qui tertio, et sic deinceps, fuerant honore functi. Ultima loco tur-
 ba Decurionum erat eo ordine, quo quisque in Curiam fuisset alle-
 tus. Sed illud obseruatum Principum constitutionibus, ut is, qui pater esset aut
 fuisset ei, qui nullum haberet, aut habuisset liberos, praferretur. L. In
 albo. C. de Decur. At eorum, qui nec ducti sorte, nec iudicio Senatus
 honoribus essent insigniti, sed Principi prudentia et beneficio, prior
 et potior causa et locus fuit: oportere enim maxime iudicatum est, ut
 id iudicio Principis et beneficio daretur, tanquam stabile quoddam testi-
 monium alienae virtutis esset, isque omnibus approbandus, qui iudi-
 cio fuerat Imperatoris probatus. Habet haec omnia apud Vlpianum
 L. Decuriones. D. de albo scrib. Nec tamen semel scriptum in albo licet
 annosum, albo eximere fas fuit: neque in sententiis dicendis alius ordo
 seruatur. Cuius dicitur L. eadem cautum.

DECURIONVM MVNVS

Publicae rei administratio: magni is honor
 aestimatus datusq. ob merita: modus
 allegendi in Curiam, quiq.
 legibus arcerentur.

CAPVT XXXVIII.

NEC MINVS IN COLONIIS DECURIONIBVS, QUAM ROMAE
 Senatui datum. Penes illos Reipub. suae cura et gubernatio erat, publi-
 cam ipsi pecuniam trahebant, erogandam decernebant, in eaque re
 modum rationemque praescribebant. Isti: caritate annonae ciuitas nec
 premaribus prouidebant, frumenti vini et olei operumque publico-
 rum penes illos erat: Legatos, Syndicos, tutores, curatores ipsam conti-
 nendi ius fuit; tributa, census, legata Reipublica relicta ab iis exi-
 gebantur, omniumque omnino rerum, quae Reipub. ciuitatis suae
 aliqua

aliqua ex parte contingere videntur onas sustinebantur. Nam et maiores minoresque magistratus creabantur ipsi, utroque verbo quicquid pacis intereret aut belli eorum sollicitudini demandari solitum erat.

Et inde erat, ut, quamquam tantarum decurionibus rerum erant subeundi labores, nihilo tamen minus magno haberentur vulgo a Plebe et honore et loco, atque in Civitate, tanquam supra Plebem essent, non eisdem supplicii poenisque, quibus Plebeia facer, subiacerent. Sed hoc de re suo dicitur loco. Floribus certe Decurionibus honor ob merita datus, et acceptus, et qui accepisset, honori sibi maximo dabat inter Curiales censeri, nec raro quanti honorem faceret veteris initum et ludis et spectaculis indicavit. Hinc nota illa in Hungarico Monumento hodieque superstante.

GENIO ORD

QVEM . VLP . DOM

HERMES . AVG . COL

OB . HONOREM . ORNAM

DEC . PROMISERAT

I . P . S . L

Hinc natum ut ipsi etiam statuae erigerentur, quorum beneficio cum ordinem quis allecher esset: quo ego referam illa e lapide.

I M . CAES . M

AVR . ANTONINO

AVG . L . SEPT . SE

VERI . AVG . N . FILI

STATVAM . OB

HONOREM . DEC

Quamquam eo ducebat animus, ut statuam Antonino erectam putarem, non propter honorem Decurionibus alteri ab eo datum, sed acceptum: nam neque novum fuisse Imperatoribus honores in Civitate oblati accipere, eoque nomine vites quas ipsi vellet illustrare, suo loco demonstrabimus. Gladiatores etiam et Amphitheatralis ludos editos a nonnullis in Coloniae suis, ob honorem eundem communicatum, et alia eximia signa laetitiae, alicubi etiam non uno loco legere me memini. Alistannorum lapis, cuius et Ant. Augustinus in scheidt exemplar habuit, ab eoque alij mutuati sunt, talis est, nam totum subici, quod multa habet cognita signa.

L. FA

*A. ORNAMENTORUM

*A. DECURIONALIVM.

*Fortasse est, TALE. PRO

MISSVM. SOLVIT. LIBENS.

L. FADIO PIERO. II VIRO
 MVNIFICENTISSIMO. CIVI
 QVI. OB. HONOREM. DECVR
 EODEM. ANNO. QVO. FACTVS. EST
 GLAD. PARI. XXX. ET VENATION
 BESTIARVM. AFRICANAR. ET. POST
 PAVCOS. MENSES. DVVMVIRATV
 SVQ. ACCEPTIS. A. REP. HS. XIII. N. VENAT
 PLENAS. ET. GLADIATORVM. PARI. XX
 EDIDIT. ITEM. POST. ANNV. LV. DOS
 SCENICORVM. P. S. F. AVGVSTALES
 L. D. D. D.

+ Sertorij tredecim, de
 cem numero venatio
 nes.

+ Pecunia sua fecit.

+ Locus datus decreto De
 curionum.

+ Sic omnino.

NEC Decurionatus solum honor tantum habuit; sed et locus nudus si
 ne honore inter Decuriones coenis publicis, aut spectaculi concessus
 magni beneficii loca acceptus est, datusque ob merita. Unde fluxere illa
 in vetusto monumento: CUI. ORDO. MVN. EPOR. OB. MERITA. CE
 NIS. PUBLICIS. INTER. DECVRIONES. LV. DIS. CONVENTIRE. PER
 MISSIT. Eoque magis in praesidio Decurionatus honor ob merita Pa
 rentum in filios, et adfines translatus, permisso ordini amplissimi.
 Libuit fragmentum antiquae inscriptionis subdere appositissima in
 hanc rem: qua hodieque extare dicitur Tarusij in Italia.

HONOREM DECVRIONATVS
 QVO. EVM. DIGNVM. IVDICAV. RAT. POST
 FINITAE. MORTALITATIS. EIVS. EXCESSVM
 TRANSFERRET. IN. M. SAVFELVM. ET. PV. DENTEM
 PROXIMVM. A. FINEM. VT. HABERET. ET. PRIS
 CVS. IN. ILLA. SEDE. PERPETVA. RELICTIS. TAN
 DEM. NIMIAE. INFIRMITATIS. DOLORIBVS
 HONORATO. SVQ. A. FINE. SPLENDIDVM
 PUBLICAE. PIETATIS. ADECTVM. ET. PAREN. EIVS
 QVI. AMISSO. VNICO. FILIO. NIMIO. MOERORE
 GRAVITER. ADELICTVS. EST. TAM. IAEVI. LVTVS
 PERCLPERET. SVBLIME. SOLATIVM. INTERVENTV
 BENIGNISSIMI. DECRETI

IAM. de vita, quo ad legi in Curiam Curialis sibi dicendum. Ad
 L. 1.

Lebo

Lectus ipse in Senatum patris vel libero Decurionum Decretis, suffragioque, vel etiam petitione, quomodo Magistratu Romae mandari soliti in tegra resp. antequam scilicet ab unius arbitrio Principis regeretur; vel origine natalitium; vel demum Principis iura simpliciter voluntate; quod patris Romae solitum post oppressam publicam rem. De hac potestate veniendi in Curiam via accipiendum ipse lapidem putarim, paulo superius positum de Statua Antonino posita ad Decurionatus honorem: nisi potior videatur cetera coniectura posterior loco eodem indicata. Ad eundem saporum in civili iure L. Decuriones, D. de alio scrib. qua constituitur, ut potior eorum sit natus; qui Principis indulgentia ac beneficio honores fuissent consequuti. Nomine autem honorum etiam Decurionatum accipiendum esse eadem fonte Civili iuris constat, L. A Decurionatu, D. de Nat. et ex. mun. Origine etiam adlectus perspicuum ex eo est, quod L. Exemplo. C. de Decur. habetur. [Exemplo Senatorij ordinis Patris originem unumquisque legitur.] Et L. Quotiescumque. ff. eod. [Quotiescumque se ex rescripti nostri aliquis impetrasse contendunt hi, quos honoris Curiae vel origo fecerit, vel labrum inter partes iudicium] et. Petitione, quod tertium erat, admitti solitos in Senatum Coloniam Decuriones, dicitur alicui rationatione licet ex L. Generaliter. D. de Decur. et cor. ff. qua constitutum, ut in Senatum Municipalem etiam spurij admitti possent, ea tamen lege, si competitorum legitime questum non haberent: nam si talis esset competitor, viue prefereretur, nec tam spurio locus. At Libero Decurionum Suffragio, quod posthumum erat, adlectus non raro in Curiam testimonio monumenti veteris comprobari potest, in quo sic.

C. TITIO

CHRESIMO. AVG. II

HVIC. ORDO. DECVRIONVM

QVOD. PRO. SALVTE. ET. INDVLGENTIA. IMPERAT
ANTONINI. PII. FELICIS. AVG. ET. EX. VOLVNTATE. POPVLI
MVNVS. FAMILIAE. GLADIATORIAE. EX. FAMILIA. SVA
DIEM. PRIVATVM. SECVNDVM. DIGNITATEM. COLONIAE
EDIDERIT. HONOREM. SIS. ILLI. QVO. QVIS. OPTIMO. EXEMPLE
IN. COLONIA. SVESSA. HABVIT. ET. VT. AQVAE. DIGITVS
IN. DOMO. EIVS. FLVERET. COMMODISQ. PVBLICIS. AC. SI
DECVRIO. FRVERETVR. ET. TITIO. CHRESIMO. FILIO. EIVS
OB. MERITA. PATRIS. HONOREM. DECVRIONATVS
GRATVITVM. DECREVIT. ORDO. DECVRIONVM
ET. AVGVSTALIVM. ET. PLEBS. VNIVERSA

L

VERVM

VERVM circa Decurionatus honorem, allegandumque in Curiam plura
 expendi solitas: Persona, Origo natalium, facultates, Sex secundum quam
 honore quisque defungi ac munere deberet; quae communia non Decu-
 rionibus minus, quam ceteris Magistratibus, qui nisi et Decurionibus
 creari non poterant. Haec apud Callistratum. L. Honor. §. Mu-
 nus. D. de honor. et mun. Notatis praeterea rati habita; neque enim in
 legum per leges homines cuiuscumque aetatis in Curiam et Senatum ve-
 nire. Nam minor XXV. annis qui esset, eum neque ad Curiam vel
 honores, neque ad munera, quae Patrimonij non essent, admitti fas
 fuit: quoniam ex liberali quadam iuris indulgentia factum, ut in-
 ceptus annus pro completo esset; et qui quartum vicesimumque trans-
 gressus esset, is tanquam integros viginti quinque natus haberetur.
 Quae ex Ulpiano sumta sunt L. Ad temp. D. de mun. et hon. Quod si
 quis minor XXV. allegaretur in Curiam, ei sportulas Decurionibus
 dari solitas, tanquam de illorum esset numero, accipere: et suffragia
 in curia ferre, tanquam necdum in eum ordinem alacris, fas non
 erat. Papinianus L. Sparij. D. de decur. et cur. fil. At quemadmodum
 his, quod iuniores essent, aditus in Senatum negatus, cuius vel nudam nomi-
 aetatis admonet, quam maturam in illis esse et opus, à quibus consilia sana,
 communis quae rei administratio petenda; in feruida aetate, malique
 subactis ingenio ac luxuriantes, quod sapientiae praesidium Reipub. esse po-
 test, aut quae spes fluctuanti naui vias pelago, incerto radique periculo-
 rum gubernatore? Sic etiam è contraria aetate nimium proceris, quibus
 et fracta corporis vires, et animi mentisque vigor imminutus, Curia et
~~in~~ interdictum: Successes excusati ad tempus per aetatem, Senes tanquam in-
 epti in perpetuum exclusi. At enim de aetate in Senibus dubium esse potest,
 Nam Callistratus L. Non tantum. D. de decur. et fil. cur. quinquem et quin-
 quagesimum notat, quo qui maior esset, Senatu prohiberetur. Quod quia
 non decurum modo, sed ineptum omnino videtur, ut scilicet id aetatis homi-
 nes, cum in statu veluti quodam sunt ad alta maturitatis, et ad trahan-
 dam Publicam rem aptissimi, hunc prohiberentur, arceanturque; sicca
 Lex explicanda videtur; ut qui illud aetatis esset transgressus, non qui-
 dem ad Curiam et honores cogerebatur (nam cogi solitus alios mox iudica-
 bimus) inuictus: Si tamen consensisset, liberique et vltens id suscipere
 re honoris non renueret, admitti et posset, et deberet. Ad hunc sen-
 sum Ulpianus L. Cui ad tempus. D. de decur. et cur. fil. Cuius nec

maiores anxie LXXV. penitus arcebantur: sed honores gerere, si vellent, poterant: munera civitatis dare non cogebantur. Quia de re eadem L. Cautum, et L. Et qui. §. Quamvis. D. de mun. et hon. Et universim in ea re mos Coloniae multum poterat; ut et ante XXV. possent, et post LV. cogebantur in Curiam: quod Imp. de eâ re aliquando consulti Nicomedienses rescripserant: tum enim Municipalis consuetudo pro lege existimata. Callistratus L. Non tantum. D. de Decur.

ATQUE id, quod modo de consuetudine municipale dictum, nos admonet de legibus Coloniarum ut dicamus: quibus saepe malum concessum est. Nam si quis non secundum legem de allegendis in Curiam adscisceretur, si etiam illius nomen in albo Decurionum fuisset scriptum, non ideo tamen Decurio aut erat, aut habebatur. Erant enim certitudines sollemnes, quibus in Curiam cooptandi Senatores; ac velut ita quaedam ceremonia, citra quas Decurionum augeri numerum nefas erat. Ita Modestinus L. Herennius. D. de Decur. Debitores item Reipub. ab eâ tractanda, et capessendis honoribus meritisimo prohibiti, nisi se ante alieno ere liberassent: eaque de re cautum L. Rescripto. D. de Mun. et hon. Patrum etiam numerus legibus praestitutus ultra quem allegi quingentam fas non esset. Quod mihi in nui in Civitate iure videtur, quo praescriptum, Ne Decurio, qui ordine motus esset, eo quod fuisset ad tempus relegatus, reversus allegeretur iterum, dum Ordo plenus esset; expectareque potius cogere, donec alicuius locus vacuus esset. Tum demum admittendus, non quidem in locum sedemque primitivam, sed in recentissimam; quasi tum primum in eum ordinem adscisceretur. Similiter etiam is, qui ad tempus Ordine curiaque prohibitus, transacto illo in suam sedem redibat, si quidem eam vacuam inveniret. Sin vero plenam Curiam abstinere cogebatur, donec alicuius excessu locus vacuus esset. Tum vero non in eum qui vacabat, sed in eundem, quem habuerat, allegabatur: tanquam non Decurionali iure sed etiam privato, sed ad tempus impeditus. Ulpianus L. Cui ad tempus. D. de Decur.

DE facultatibus etiam cautum. Nam si qui essent ita angusti patrimonio, ut non modo publicis honoribus parari non essent; sed vix vix sustinere possent, talibus mandari magistratus honoresque nefas fuit. Quia in re publico splendori, Ordinisque dignitati merito consultum: id vero maxime observatum, si essent alij, qui convenienter et sua fortuna

fortuna, et publico splendore creari possent. L. Rescript. D. de Mun. et hon. At si quis ex allechis decurionibus fortunarum naufragium fecisset, facultatibusque lapsus esset, (quae sunt in ea re Hermogeniani verba. L. Decurionib. D. de Decur.) maxime si ob munificentiam in Patriam patrimonium exhausissent, ipsa alimenta de publico decerni daturque fas fuit. Id datum vel Senatoria dignitati, vel munificentiae in Patriam: neque enim equum visum est, ut ei Patria deberet, qui ne deceret illi maluit sibi desuisse videri.

GENERTS etiam originisque natalium nati habitas, nec immerito. Saporem vivus conferuat, exhalatque odorem, quem à fonte trahit. et ut ille

Fortes creantur fortibus, et bonis.

Est invincens, et in equis Patrum

Virtus; nec imbellem feroces

Progenerant aquila, columbam.

Ideoque servum aut peregrinum hominem Curia arcebat, sedisque ingenuis et doctis, incobilisque et Municipibus aut Colonis locus erat. Quamquam si quis ex servis et liberis natus, decurio esse ut possent decreto Severi Aug. constitutum. Navicularum etiam curia in perpetuum prohibita. L. Severus. D. de Decur. et fil. eor. Spurci etiam dia curia prohibita ipse patet, donec lege cautum, ut ne his omnino aditus ocelleretur in Senatum, si tamen Competitore carerent, et re et vita essent honesti, id est, moribus et facultatibus. L. Generaliter. D. de Decur. tanquam pluri interesset Reipub. Curialium ordinem plenum esse, quam de decuris eidem ordini inferretur, si ille legitimo thoro nati inter ceteros censeretur.

Ita etiam, qui infamia, ignominiaque notati essent interdictum fuisse curia vix indicandum nobis videbatur, res ipsa satis loquitur. Sed peragenda est ^{ut} nihil omisisse videamur. Qui ob probrosa crimina, et quae auctori ignominiam et infamiam peperissent, relegati fuisset, etiam ad tempus, in perpetuum Senati movebatur: nec quidquam ei prosidii in ijs legibus, quibus post reditum relegatis curia parebat. Eos certe tanquam in habitas in iussu principum ad legi non debere Antoninus et Verus Augg. rescripserunt: nec nisi essent ab eis cum re legati fuissent, ut nondum decuriones creari possent. L. Ad tempus. D. de Decur. L. Imperatores. tit. eod. In perpetuum etiam Senati prohibita ij omnes, quibus cum mitibus adum esset in supplicij, quam

per in

per iuris rigorem fas fuisset: tanquam is satis esset, quod mitius cum ei fuisset actum, nec pro culpa merito modicus fuisset poena. L. Generaliter.

D. de Decur. Cuius mihi leges verba non satis percipere visus est, qui Commentarios seu Glassas, ut vocant addidit Cuius iuri. Alpianas ita habet. [Generaliter id erit defendendum, ut qui clementiorem sententiam passus est, ob hoc, quod ad tempus relegatur, boni consulere debeat humanitatem sententias, nec Decurionatum recipiat.] Quibus non parum Lucii inferri posse existimo, ex L. Ordinem. D. Ad Municipalem, cuius ea verba. [~~Quid si infames cum illis non recipere~~ ~~non admittuntur.~~ Ordine Decurionum ad tempus motus, et in ordinem regressus, ad honores exemplo relegati, tanto tempore non admittuntur, quanta dignitate caruit. Sed in utroque placuit examinari, quo criminis damnati sententiam cuiusmodi meruerunt. Decurionibus etenim poenis adfectis, ignominia, velut transitu negotio, postea liberari: minoribus vero quam leges permittunt subiectis, nihilominus inter infames haberi: cum facti quidem questio sit in potestate iudicantium, iuris autem auctoritas non sit.]

PERSONAE demum, quae adlegenda in Curiam, raris habitas; ut si furus aut ineptus, aut etiam surdus, munerum quisquam esset: nam horum singula curia homines prohibebant. De mutis Paulus I. C. Lege, honores D. de Decur. Quamquam surdi mutique honoribus arabantur, munerebus non exuebantur. Hinc factum, ut perentibus saepe contradiceretur, ideoque contribulam, ut si quis quemquam non recte creatum Decurionem contenderet, non audiretur, cum debuisset potius in iudicio contradicere. L. Imperatores. D. de Decur.

HONORES DECVRIO

nibus et ab illis dati: de mandatis honoribus statuta leges.

CAPUT XXXIX

DECVRIONES MUNICIPALIS CURIAE SENATORES FU
 isse dictum, tum ab illis quodquid ad Rempub. pertinere agitari so
 litum: iam de modo agendi inter se et in Curia ipsa disputandum.

Ex ait

Ex his Magistratus caeteri creari soliti, quales Duumviri, Aediles, Censores, Praetores, Quaeitores, et si qui alij erant solummodo Reipub. honores; quos non alijs omnino, quam illis, qui de Curialium numero ordineque essent, demandari fas erat: plebei et peregrinis in perpetuum exclusis. At in honoribus mandandis non nulla observata constat; nam in eare, ^{non} unde aut locus unquam quidquam valuit, neque quod quis antiquior esset, deo potius illius ratio habita. Contra meriti solis multum datum, ut ijs honores magistratueque demandarentur, qui et integritate vita, et morum, prudentiaque, et rerum politicarum scientia insigniores essent. L. Honores. D. de decur. At enim si qui domi ad honores essent, antiquioresque in eo ordine, ij praeferrunt caeteris soliti. Rescriptum Principum cautum, ut prout quicquam decurionis creatus esset, ita et honores Magistratus que adipisci possent. Ulpian. L. Rescripto. D. de mun. et hon.

NEQUE ad magistratum gerendum vacari quengquam fas fuit, nisi gradus per quendam ascenderet a minoribus ad maiores. L. ut gradation. tit. eod. neque ab eodem honores continuari permitti: quamquam cum aliorum copia res erat, ij, qui gesserant Constitutionibus Principum ad honores compellabantur. Callisti. Lege Honor. eod. tit. Itaque a Magistratu ad Magistratum vacatio fuit. Sed a decurionatu, quamquam et is honoris nomines conferebatur, ad honores alios vacatio nulla fuit. L. a decurionatu. D. de vacat. et exc. mun.

At in suffragij dicendique sententij in ordo servatus, qui in albo, ut scilicet ij prius et rogarentur et dicerent, qui potiores honore essent, quo fungebantur. At inter decuriones, ipso temporis ordo servatus, et illi primus daretur locus, qui primus in eum ordinem esset adlectus. Si qui eodem die venissent, potius illius conditio existimata, qui pluribus suffragij fuisset adlectus: nisi vero Principum privilegij cupiam in ea re datum aliquid supra leges fuisse; quod saepe factum fuisse constat. L. Spurij. D. de decur. Nam qui pluries fuisset Pater, ei prior interrogaretur et ius et fas fuit. L. eod.

IN decernendo quod maior Curiae pars consensisset, id ratum, fixumque tanquam uniuersi consensissent. L. Quod maior. D. Ad municip. Nec vero solum ex Ordine decurionali caeteri magistratus creari soliti; sed ab illis etiam mandari honores. Augustalitas, de qua sus dicemus loco, data ab illis saepe que gratulatio unde illa nata in Nerere cippo Capuae in Campania.

HVIC. ORDO. DECURIONVM

OB MERITA. ETVS. HONOREM

AVGVSTALITATIS GRATVITVM

DECREVIT. — — — — —

Et illa

Et illa surdeta in Umbria, quae hodie Civitas Sardi appellata, in Bassi Statua
ad S. Fortunati.

SEX. VIR. AVGVSTALIS. ET. FLAVIALIS.

PRIMVS. OMNIVM. HIS. HONOREBUS

AB. ORDINE. DONATVS

Ab eodem Praefecti T. D. constituti. Gadibus tale monumentum est.

L. FABIVS. L. F.

GA. RVFINVS

II VIR. PRAEF

IVR. DIC. AB

DECURSIONIBVS

CREATVS. D. D.

Et statua ex illa, ornamentaque alia ob merita secreta. Similia in
Lapidibus antiquis.

QUOD. CVM. ANTEA. STATVA. EI. NOMINE

PUBLICO. OB. MERITA. ET. VS. DECRETA

ESSET. ET. IS. HONORE. CONTENTVS

SUMPTIBVS. PUBLICIS. PEPERCISSET.

DECURSIONES. EX. SVO. POSVERVNT

SED, quando ea relapsi sumus, subeuit extremo hoc capite, munus
mentum mira antiquitatis exhibere, quae non modo quae super vrbem
meam, sed et alia plura, quae vel indicata, vel indicanda, mirifice com-
probantur. Exstat. Sengerle in Italia, ante portam S. Laurentij in mu-
ro ipso. Meminerunt Appianus et S. Gruterus.

KL. NOVEMB

HISPANIVS. LENTIVS. MEOVS. II VIR

IVR. DIC. V. F.

FABIVM. SEVERVM. CLARISSIMVM. VIRVM. MVLT. IAM. PRI-

DEM. IN. REM. P. NOSTRAM. BENEFICIA. CONTVLISSE. VT. QUI

A. PRIMA. VVA. STATIM. AETATE. ID. EGERIT. VT. IN. TVEN-

DA. PATRIA. VVA. ET. DIGNITATE. ET. ELOQVENTIA. CRESSE

RET. NAM. ITA. MVLTAS. ET. MAGNIFICAS. CAVSAS. PVBL. APVT

OPTIMVM. PRINCEPEM. ANTONINVM. AVG. PIVM. AD. SERVIS

SE. EGLISSE. VICISSE. SINE. VLLO. AERARI. MOSTRI. IMPENDIO

VT. QVA. MVLT. ADMODVM. AD. LESSENS. SEN. LIB. VLT. AMEN.

ET. PERFECTIS. OPERIBVS. AC. FACTIS. PATRIA. M. SVAM. NOSQ.

ANT

INSV

⁺ Iuri Ricundo. verba
fecit.

⁺ Sic omnino.

Ita etiam.

+ sic.

FACILITER SIBI VNIVERSOS OBSTRINXERIT. NUNC VERO TAM GRAN-
 DI BENEFICIO. TAM SALVARI INGENIO. TAM PERPETVA UTILI-
 TATE. REMP. N. ADTECHSE. VT OMNIA PRAECEDENTIA FACTA SVA
 QUANQVAM IMMENSA ET EXIMIA SINT. FACILE SUPERARIT. NAM
 IN HOC QUOR. MIRABILEM ESSE. C. V. VIRTVTEN. QUOD. QO-
 TIDIE BENE FACIENDO. ET IN PATRIA SVA. IVENDA. IPSE SE
 VINCAT. ET. ID CIRCO. QUAMVIS PRO. MENSURA. BENEFICIO
 RVN. EIVS. IMPARES. TN. REFERENDA. GRATIA. SIMVS. INTE-
 RIM. TAMEN. PRO. TEMPORE. VEL. FACULTATE. VT. ADIVVET
 SAEP. FACTVRVS. REM. VENERANDAM. ESSE. C. V. BENIVOLEN-
 TIAM. NON. VT. ILLVM. PRONIOREM. HABEAMVS. ALIVT. ENIM
 VIR. ITA. NATVS. NON. POTEST. FACERE. SED. VT. NOS. IVDICAN-
 TIBVS. GRATOS. PRAEBEAMVS. ET. DIGNOS. TALI. DECORE. TALIQ.
 PRAESIDIO. QUOD. FIERI. PLACERE. DECERE. Q. F. P. D. E. R. I. C.
 PRIMO. CEMENTE. CALFVRNIO. CERTO. SPACIO. CVM. FABIVS. SE-
 VERVS. VIR. AMPLISSIMVS. ADQ. CLARISSIMVS. TANTA. PIETATE
 IANTAQ. ADECTIONE. REMP. N. AMPLEXV. SIT. ITAQ. PRO. MI-
 NIMIS. MAXIMISQ. COMMODIS. PIVS. EXCVBITOR. ATQ. OMNEM
 PRAESTENTIAM. AVXERIS. VT. MANIFESTVM. SIT. ID. EVM. AGERE
 VT. NON. MODO. NOBIS. SED. PROXIMIS. QUOR. CIVITATIBVS. DECLA-
 RATVM. VELET. ESSE. SI. NON. ALIQVAM. PATRIAE. SVAE. GRATIAM
 ET. CIVILIA. STVDIA. QVAE. IN. EO. QUAMVIS. AD. MODVM. IVVENE-
 IAM. SINT. PERACTA. ATQ. PERFECTA. AC. SENATORIAM. DIGNI-
 TATEM. HAC. MAXIME. EX. CAUSA. CONCVPIVISSE. VTI. PATRIAM
 SVAM. CVM. ORNATAM. TVM. AB. OMNIBVS. INIVRIIS. TVTAM. DE-
 FENSAMQ. SERVARET. INTERIM. APVT. IVDICES. A. CAESARE. DA-
 TOS. INTERIM. APVT. IPSVM. IMPERATOREM. CAUSIS. PUBLICIS. PA-
 TROCINANDO. QVAS. CVM. IVSTITIA. DIVINI. PRINCIPIS. TVM. SVA
 EXIMIA. AC. PRVDENTISSIMA. ORATIONE. SEMPER. AD. NOS. CVM
 VICTORIA. FIRMIORES. REMITTE. EX. PROXIMO. VERO. VT. MANI-
 FESTATUR. CARMINIBVS. LITERISQ. ANTONINI. AVG. PII. TAM
 FELICITER. DESIDERIVM. PUBLICVM. APVT. EVAM. VTI. PROSEQV-
 TVS. IMPERANDO. VTI. CARNI. CATALIQ. ATREBVTI. A. DIVO. AVGVSTO
 PIO. REIP. NOSTRAE. PROVT. QVL. MERVISSENT. TALIA. ABSQ. CEN-
 SV. PER. AEDILITATIS. GRADVM. IN. CURSIAM. NOSTRAM. ADMITTE-
 RENTVR. AC. PER. HOC. CIVITATEM. ROMANAM. ADIPSICEREN-
 TVR.

+ sic.

+ Quid fieri placeret
 de ea re ita censuet
 re. + sic.

de me. dicitur. non
 habet

+ sic. etiam. mil.

TUR. ET AERARIUM. NOSTRUM. IAM. DITATUM. COMPLEUIT. ET. V
 NIVERSAM. R. P. N. CUM. EO. MOENIS. AMPLIAVIT. ADMITTENDO
 AD. HONORUM. COMMUNIONEM. ET. USURPATIONEM. ROMANAE. CI
 VITATIS. UT. OPTIMUM. ET. LOCUPLETISSIMUM. QUENQUE. VI. SILLI ^{vi.}
 CET. QUI. OLIM. ERANT. TANTUM. IN. REDDITU. PECUNIARIO. NUM
 ET. IN. ILLO. IPSO. DUPLEX. QUIDEM. PER. HONORARIAE. NUMERA
 TIONEM. REPERIANTUR. UT. ET. IPSI. SINT. CUM. QUIBUS. ANNE
 RA. DECURIONATUS. UT. PAUCIS. IAM. ONEROSA. HONESTE. DE. PLA
 NO. COMPARTIAMUR. AD. CUIUS. QUIDEM. GRATIAM. HABENDAM
 UT. IN. SECLA. PERMANURAM. EIVSMODI. BENEFICIO. OPORTUE
 RAT. QUIDEM. SI. FIERI. POSSET. AC. SI. VERECUNDIA. CLARISSIMI
 VIRI. PERMITTERET. UNIVERSOS. NOS. NOBILIUM. IRE. ET. GRA
 TIA. LEGITIMAS. L. L. IUXTA. OPTIMUM. PRINCIPEM. AGERE. SED
 QUONIAM. CERTUM. EST. NOBIS. ONEROSUM. EI. FUTURUM. TALEM
 NOSTRUM. OFFICIUM. ILLUD. CERTE. PROXIME. FIERI. OPORTUO
 TREM. PHO. STATUAM. EI. AVRAM. EQUESTREM. PREMIO. QUOQ.
 TEMPORIS. IN. CELEBERRIMA. NOSTRAE. VRBIS. PARTE. PONI
 ET. IN. BASSI. EIVS. HANC. NOSTRAM. CONSENSIONEM. ATQ. HOC. DE
 CRETUM. INSCRIBI. VTI. AD. POSTEROS. NOSTROS. IAM. VOLUNTATI
 AMPLISSIMI. VIRI. QUAM. FACTA. PERMANEANT. PETIQ. A. FABI
 O. VIRO. EGREGIO. PATRE. SEVERE. UT. QUANDO. QUIDEM. ET. COM
 MENTUM. HOC. IPSIUS. SIT. PROVIDENTIAE. QUA. REMP. NO. IN
 FATIGABILI. CURA. GUBERNAT. ET. IN. HOC. PRIVI. PUBLICI. BE
 NEFICII. QUOD. ET. NOBIS. ET. IMPERIO. CIVEM. PROCREAVIT. ATQ.
 FORMAVIT. CUIUS. OPERA. STUDIOQ. UT. ORNATIORES. INDIES. NOS
 MAGIS. MAGISQ. SENTIAMUS. VTI. EA. PLACUERE. IN. HANC. REM.
 ADDITUM. SUUM. LEGARI. MANDARIQ. PERMITTAT. SIBI. VTI. GRA
 TIAS. PUBLICE. CLARISSIMO. VIRO. MANDATU. NOSTRO. AGAT. ET
 GAUDIUM. UNIVERBORUM. SINGULORUMQ. AC. VOLUNTATEM. UT
 MAGISTER. TALIVM. RERVM. IN. NOTITIAM. ETUS. PERFERAT.
 CENSERVNT.

DECURIONVM ONERAE

muneva, et immunitates eorundem.

CAPUT. XL.

AT QUANQUAM RES PVBL. OMNIS IN COLONIIS PENES DECURI
 ones fuit, ideoque magna in honore apud Plebem honoris; nichilomi
 nus pauci erant admodum, qui in eum ordinem libentes volentes
 que venirent: onera enim honori illi incumbentibus tam gravia fieri, et ple
 rigue ne omnes scilicet cogentur subire, honorem respuerent. Et enim es
 rum erat maiores minoresque magistratus creare, et reliqua administra
 re, aut administranda tradere illi, quibus huc committi posse videban
 tur: sed suo tamen ipsorum periculo. Hinc erat ut Curia sua nexibus ita es
 sent solliciti, ut nec alia cogitare ipsi possent, aut incussum Principis aude
 rent aggredi. Ideo militia illis interdictum. L. Nequis. L. Quamvis. L.
 Siquis Decur. C. de Decur. lib. X. Qui enim militia distinebantur in curi
 am cogi non poterant: quod etiam in militum filijs observatum, nisi vo
 lentes ipsi adstringi se nexibus Decurionibus permitterent. L. Privilegia.
 C. de Decur. ^{Et Castellano etiam interdictum} ~~interdictum~~ L. Necessitas. C. de Decur. lib. X. Et procuratio
 ne alienarum facultatum. L. Siquis Procur. Cod. de Decur. Imo nec vesti
 galium publicorum, alienarumque quarumlibet rerum conductione ut se
 se implicarent, fas illi erat. Papin. L. Spuri. D. de Decur. L. Curiales. C.
 Loca. Ne scilicet alienarum rerum implicati curia, a seo munere auoca
 rentur. Et quod ad vestigalia attinet, ne cui Decurionum vel per se ipsi,
 vel per alium ea operari liceret Hadriani Caesaris constitutione sancitum
 Xiphilinus ait aut hoc. Imo, quod iure mixere tot oneribus Curia additi
 promebantur, ut non raro pro poena fuerit Curia, et qui peccaverant sup
 plij loco curiales esse cogentur. Quod quia dignitatem ordinis Senato
 rij sine dubio minuebat, iure inhibendum Principum Constitutionibus, ne
 quis officialium in Curiam poena loco addiceretur. L. nequis. At. eodem.
 His addi, nec propria, nec Rcipat. causa nisi de licentia Iudicis abesse
 a sua virba Decurionibus fuisse integrum. L. Siquis Decurio. C. de Decur.
 lib. X. Imo cogi fuisse soliti in sua originis Curia perseverare, nec
 que ad Praevinciarum regimen quomodo cumque adspirare. L. Omnes om
 nino. C. de Decur. lib. eodem.

CUM ergo tot laboribus, oneribusque bonorij Curiales essent, mixere
 non est itam anxie in curiam venire refugerent, aut postquam venissent
 semel sese ordinis laboribus nexibusque onerari conarentur. Fecere qui
 onera munerum pecunia mallet redimere, quod ideo Lege postea probi
 bitum constat. L. Restimatioem. D. de Mun. et hon. Cum tamen pro hono
 re pecuniam pro mittere fas esset: et postquam promissa fuisset, ut debita

Soluer

soluere necessarium. L. eadem. Fuisse qui suis relictis ciuitatibus uoluntarij exules in alias commigrarent potius, quam cogi se sinerent ad honorem curiae: ideoque prouide cautum, ut tales à Prouinciarum = Praesidibus in suas remigrare cogerentur. Ulpian. L. de iur. §. I. D. de dec. Imo fuisse etiam, qui mallent cucullam induere, monasticamque profiteri vitam: contra quos extat Valentiniani et Valenti Lex, quam et impiam et ecclesiasticae noxiam libertati execrantur Eutropius et Orosius. Quamquam eà lege illi potius mihi videntur coerceri, qui fide religionis amore, pietatis speciem sese munerebus ciuitatum eximere comabantur. L. Quidam. C. de decur. l. X. E contrario autem ne Curiales in clerum et sacros ordines admitterentur Pontificij legibus cautum est, quae extant Dist. LI. Rationem Miceriano Episcopo Felix Pontifex eam reddit cap. Designata sunt. ead. Dist. [Quoniam etsi inueniantur huiusmodi uiri, qui debeant clerici fieri, tamen quoniam sapientia Curia repletur, cauendum est ab his propter tribulationem, quae saepe de his religioe prouenit.] Et Can. Praeterea. ead. Dist. fusius. [Praeterea frequenter quidam ex fratribus nostris Curiales, uel quibuslibet publicis functionibus occupatis clericos facere contendunt, pro quibus postea maior est tristitia, hunc cum iam de reuocandis eis aliquid ab Imperatore praecipitur, quam gratia nascatur de accitis.] et mox: [Sic certe in exemplum tristitia et tristitia fratrum, quam saepe petulimus imperatore praesente, cum pro his sapienter rogaremus, — quibus non solum inferiores clerici ex Curialibus, uerum etiam in sacerdotio constituti ingens molestia ut redderentur instalat.] Cumq. in Hispania nostra Innocentio Pont. nonnulli fuissent ordinati, quibus adhuc ad sacros ordines debuisse negari, in terque illor ex Curialibus non nulli; mox Pontifex id fieri haudquaquam debuisse, et quamquam propter herbas, quae subera putabantur in ea genui si semel ordinati à sacris et altaribus arcerentur, Pontifex dem diffinulandum sibi, ac conuicendum dedit; districte tamen praecipit, ut si qui in posterum tales ordinarentur, cum suis deponerentur ordinariis. Ita et in Conc. Alet. lV. Can. XIX. inter alios qui a sacris infeliciter prohibentur ij sunt, qui Curiae sunt nexibus obligati: id tamen prius accipendum, nisi prius nexibus Curiae soluerentur, ut periculum non esset, ne in posterum ad functiones publicas peterentur.

QUOD si quis delatum honorem, munus delectare audeat, is etiam a Praesidibus munus agnoscere cogebatur. L. si quis. D. de mun. et hon.

Et quia

Et quanguam nemo maior septuagenario, cui qui pater esset quinq-
liberorum incolumium, ad munera subeunda cogebatur; ab honoribus
tamen nemini omnino excusatio fuit: sed delator necesse fore obireque om-
nibus equi necessarium. Tantum à sacerdote in Asia primitus, qui
quingua liberos procreasset, excusatus: quod postea Privilegium Severi
beneficio ceteris Imperij provinciis concessum est. L. in honor. D. de va-
cat. et exc. mun.

ET QVIA munera oneraque Decurionatus fastidio et labori erant,
eade providentissima lege cautum, ut Praeses Provincia providere, ut
munera et honores in civitatibus, aequaliter per vices secundum eta-
tes, et dignitates, et gradus, qui antiquitus fuissent constituti distribuere-
tur. Ne scilicet sine discrimine et frequenter iidem oppressis, pariter
viris et viribus destitueretur. Respub. L. ex qui. §. Quamvis. D. de mun.
et hon. Neque fas fuisse constat, ei, qui honorem sustineret, munus in-
iungi: è contrario munus sustinentem honore ornari et insigniri fas fuit.
L. Honorem. eod. tit. Atque inde factum est, ut, cum impj Principes la-
bores et onera Curiarum tanta esse et talia animo advertebant, ut vix ulli-
us hominis vires satis ferendis, et patientia tolerando esset; Christianos
homines supplicij causa curijs addici iuberent; tanquam prolixum quod-
dam martyrij genus esset Decurionatus onera subire, nulla data suli-
cet respirandi facultate. Auctor Cassiod. Trip. Lib. I. cap. IX. et Lib. VI.
cap. XII. et Lib. VII. cap. ultimo.

Ex eodem fonte nata privilegia, quibus Decuriones honorari
ut scilicet prerogativarum eorum ordinis magnitudo tam alliceret mota-
les, quam oneris arcuabat. Constitutum primo est, ut Plebeij filius, cui-
us postea pater ad lectus ordinem fuerat, nec fustibus castigari, neque
rari in metallum posset. Quod si Pater ante conceptum filij ordine mo-
ueretur, mater pro plebeio, tanquam plebeij filius habetur: si vero con-
ceptus, antequam genitor ordine exideret, etiam si post relegationem Pa-
tris nasceretur, pro filio Decurionis habendus erat: tanquam nocere Pa-
tris ignominia, aut notare filium non posset, qui antea genitus erat.
Similiter si quisquam aut genitus et mater esset, patre ordine ad tempus
amisso, medio illo tempore: etiam si pater antequam rediret in ordinem
vivere desisset: aut etiam si conceptus quispiam a Plebeio esset, sicut
leguam nasceretur, pater decurionatum et adeptus esset, et amisset,
propter tanquam decurionis esset educabatur. L. Qui ad tempus. §. in filij.

D. de Decur. Senatores enim municipales in poenis a plebe separari, aliisque
 iure cum illis agi solitum. Ideoque nec caedi fustibus, neque in metallum
 vel metalli opus damnari, nec figi cruci, nec bestiis tradi, neque dari in
 opus publicum, neque exarari, nec quaestioni subijci poterant. Quae res
 adeo cum fide seruatas, ut capitale iudici esset, fidei, aut tormenti, aut
 genere quaestioni alii cum Decurionibus agere: tanquam ea res in or
 dine honorisque contemptum, ignominiamque, et exitium caesura esset.
 Habes haec L. Decurion. C. de Gener. abolit. et L. Decurionem. C. de Poenis.
 Id vero etiam in ijs Decurionibus obseruatum, qui saeculis concui. h. dam
 natique fuissent: imo quod mirum videri iure possit, etiam si prius:
 quam damnaretur esse decurio desisset. in memoriam nempe reue
 rentiamque pristinae dignitatis. Paulus L. Decurione. D. de Decur. At si
 concui. h. damnatusque esset, pro nunciante Procos. iniuriam ab eo ala
 ri illatam, infamia notatus, pro infami deinde habitus. Vniuersim que
 eos capite puniri quacumque ratione diserte ab Hadriano in iudicium.
 L. Decur. D. de Poenis. Quin etiam nec scilicet ijs poenas intulisse fas tra
 didit Praeuinciarum. Si quid capitale commisissent, in carcerem conda
 re, diligentique cura detinere admodum licebat: manibusque Imperatore
 de illo statuere, siue deportandus aut relegandus esset, siue ultimo sup
 plicio afficiendus. L. Diui. S. Vlt. D. de poenis. L. 1. §. 1. D. Quandoq
 pellendum sit. et alibi. Qui honor non Decurionibus solum, sed et
 eorum parentibus liberisque habitus. Exstatque eius rei notitia Im
 peratorum Diocletiani, Maximianique factum, qui clamantem
 Populum paelantemque, et Decurionum filij bestij subijcerentur,
 ea voce compererant: [Vana voces populi non sunt audienda.
 Nec enim uocibus eorum credi oportet, quando aut noxiu[m] cri
 mine abesse, aut innocentem condemnari desiderant.] L. Decuri
 onum. C. de Poenis.

IMMUNES etiam fuisse ab extraordinarijs muneribus constat,
 eo scilicet quod ordinarijs sua reipub. oneribus maxime premeren
 tur. L. Curiales. C. de Decurionibus. [Quoniam satis est si Ciuita
 tum munera per eos congrue complerentur.] Idem etiam statu
 tum. L. Homocidias. C. de susceptoribus. Et ne Curiae ciuium
 miseria infrequentia laborarent, aut omnino desererentur, ab Im
 peratoribus constitutum, ut filij ex non iusto thoro procreati lu
 riae oblati pro legitimis haberentur: neque cuiquam damno
 essent

essent illegitimi nati: et ut secorum haeridum cura non cicerentur.
L. si quis. L. quoniam. C. de nat. lib. et alibi non raro.

SED de Decurionibus et illud libet extremo hoc capite notare, tanquam eorum Coronidem, quae sunt haecenus observatae: videri per Civiam Municipalem aditum in Civitatem Romanam factum: ut nimirum qui cumque Decurio esset, idem et Civis Romanus esset. Coniectura haec vera est, quam tantumdem apud quosquam valere videri, quantum meretur ipsa cuiusque iudicio. At id effi-
ci putamus ex eis verbis, quae in vetere monumento proximo superiore capite a nobis posita sunt. IMPERANDO. VTI. CARNI. CATALIQ. ATRIBVTI. A. DIVO. AVGVSTO. PIO. REIP. NO-
STRAE. PROVT. QUI. MERVISSENT. TALIA. ABSQ. CENSU
PER. AEDILITATIS. GRADVM. IN. CVRIAM. NOTRAM. AD
MITTERENTVR. AC. PER. HOC. CIVITATEM. ROMANAM
ADIPISCERENTVR. Vbi notanda ea verba sunt: AC. PER
HOC. id est, per cooptationem in Curiam. Sed in hoc tamen pro-
nunciari quod primum certum habui sum auctus, cum nulli
apud probatos auctores, aut memoriam prisci cuius praefidia in-
venissem ad coniecturam hanc stabilendam. Decurionibus Sal-
tem Caesaraugustani, nec modo illis, sed et Coloni civitatem da-
tam alicubi confirmamus. Nunc in Repub. Colonica constituen-
da peragendum est.

DVVMVIRI DICTI CON

SULES: lecti ex Decurionibus: summus Coloni-
arum honor is: gratiae propter eum actae: ab

illis notati anni: Duumvirales: Duum-
viri I. D. ab ijs alij. eius honoris in
signia bacilli: num etiam fascies?

CAPVT . XLI.

CURIAE, LIVE SENATUS COLONICI. ANTESIGNANI. TOTIVS
que ordinis primores, Duumvirati, ut Rome consules: eorumque fuit
et se

et Senatum cogere, et de his, quae in consilium disceptationemque venirent, ad Curiam referre, et cetera, quae Cons. in Urbe, in suis civitatibus, cum pro portione tamen, agere. Sed de his suo dicitur ordine. A numero Duumvirorum, duo exim annis singulis creari soliti: id vero venerationi ac maiestate Urbis Domino datum, ut ne magistratus Coloniarum, id est, minorum et subditarum civitatum, Consules dicerentur. Quaequam et Consules non raro appellati in Colonis constat, ut Curia Senatus dicta: ex hisque veteris monumentum Saloduri, cuius et Lipsius alicubi meminisse, in quo ea verba: M. OPILIVS. RESTIO. MILLES. LEG. XXII. ANTONIANAE P. P. F. IMMUNIS. COS. CURA. IALENS. VICUSALODOR. DD. ET N. nobis, quod hodie oppidum Bimchester indigitari aiunt, in Episcopatu Dunelmensi lapis est, in quo ea scripta sunt. DEAR. MATRIB. Q. IO--CL. QUINTIANVS. COS. V. S. L. M. At quaequam haec facti sunt per spicua, vitam omnem dirimit, si qua superet Monumentum Aligitanum in Hispania, quod subiecti habent.

*Pie, Pollexis, Fidei.
vel Pia Praetoria Fidei.

*notum solummodo libens
merito.

SEXTO. ALLIO. MAMERCO
PONTIFICI. PERPETVO
COL. ANTIGITANAE. ET
FLAMINI. DIVOR. AVGVST
CONSVL. IMMVNES
ILLIENSES. ILIPONENSES
DECVRIONES
VIRITIM. STATVAM

TARRACONENSIVM etiam, et Barchinonensium summi magistratus fuerunt Consules, indeque non delecti, ut hodieque eo omnino vocabulo Tarracone, Barchinone vero paulum immutato nominentur. Barchinonensium multa ea in Urbe mentio in veteris aevi monumentis quae supersunt. Ut iam mirari desinat Cicero Capuanorum factum, qui cum in ceteris Colonis Duumviri appellarentur, sese Praetores appellari volebant: quae eiusdem verba sunt. Et illa non minus ab Stomacho: [Cum venissem Capuam Coloniam deditam. I. Confidius et L. Statio (quem admodum ipsi loquebantur) Praetores.] Nam quartus eorum factus maior, qui et Consules dici et scribi sinit ausi? Sed honor uterque similis suo modo, ut notatum est, a similitudine rei vocabuli ducta paritas. †

Addita hic vide sub ea nota.

CREARI non nisi ex ordine Decurionum poterant, ut nec Roma Com-
 nisi ex Senatu: is enim erat ordo, ex quo magistratus ceteri maiores ori-
 ginem habebant, et quasi naturam generisque decuebant. Neque enim
 Plebeo, id est, ei, qui in albo Decurionum non esset scriptus, Decurionum
 honoribus fungi fas fuit. Paulus I. C. L. Honores. D. de decur. Quam-
 re et illud meritisimo Arcadij et Honorij Augg. Lega constitutum, ut
 [Ad subleunda Patriae munera dignissimi meritis et facultatibus Cae-
 ritiales eligerentur, ne tales forte nominarentur, qui functiones publi-
 cas implere non possent.] Quo loco munera Patria nomine Du-
 viratum accipiendum ex lege eadem constat. L. Ad subleunda. C. de de-
 cur. Sic etiam simplicia magistratus appellationes Duumvirum idem in-
 telligendi veniunt. L. Observare. C. de decur. Lib. X. L. Si ad magistra-
 tum. ff. eod. Nec mirum commune nomen illis omnibus, qui hono-
 ribus Reipub. fungerentur, eis inditum, qui primores, et inter omnes su-
 premos gerebant honores, et munera sustinebant. Et quia summa
 civitati dignitas, Duumvirique tanquam publica quaedam exem-
 plas à Repub. positas, ad quorum vita normam morumque modum
 sese ceteri, quantum cuique per privatas rationes fas esset, conforma-
 rent; ideo ~~ita~~ constitutum est Seno, ut ij, quibus in suis civitatibus
 Duumvirilitatis honor contigisset, si ex ancilla, vel liberta, vel sca-
 nica, vel tabernaria, earumque filiabus, vel Lenonis vel arenarii
 filias susceptos liberos, in numerum legitimorum habere vellent, in
 famia notarentur, et alieni à Romanis legibus fierent, id est, prope-
 regrinis essent. L. Senatores. C. de nat. Lib. Quo loco Arenarii no-
 mine is, qui accipienda est, qui operas suas locat ut in arena de pugnat.
 Quos unum fabri indicat alicui quidpiam apud Afrum
 in Pallio, dum ait: [De meo vestuntur et primus informator litterarum,
 et primus edomator vocis, et primus numerorum arenarius.] cum
 Arenarium inter liberas artes facultatesque recenseat, quibus Pallium
 familiare. Nam et miseris eos qui in arena de pugnant a Pallij usu ar-
 cet. [Verum et Cordones, et omni gladiatorum ignominia togata pro-
 ducitur.] Sed perendum est.

CURIALES in Curiam advocare ad consulendum de communibus
 commodis Duumvirorum manus fuit, ut Roma etiam cess. qua in-
 re solemniter quaedam statisque rationes observatas constat. L. Si ad ma-
 gistratum. C. de Decurionibus. Tu de rebus, quae in disceptationem vo-
 canda

cardae, ad Senatum referre. Unde nata illa in vestigiis monumentis: A GENTI-
BUS. CURIAM. Q. VALERIO. MARVLLIO. ET. C. MORTENSI. CONCILIO. DU
OVIRIS. Et illa in alio. QUOD. C. AVFIDIVS. THRASEA. D. CLAVDIVS
QVARTINVS. II. VIRI. V. F. Non raro, immo communiter, Decumvirum
alter, nempe qui vel iterum magistratum gesserat, vel maior natus, adu-
riam solus referebat. Lapis vetus cuius cap. XXXIX. exemplar posuim.
in fronte ipsa haec habet.

* Verba fecere.

HISPANIUS. LENTVLVS. NEPOS. II. VIR
IVR. DIC. V. F.

CVM ERGO is esset Decumviratus honor, mirum non sit intanto pra-
cio apud veteres fuisse; ut rei memoriam non modo exstare in lapide
is monumentis, et numis vellent q, quibus dignitas illa contigisset; sed
exhiberi etiam ludis, et aereis stacuis, dedicatque gratias pro honore a-
gerent. De ludis exhibitis, datisque sportulis dictum supra. De stacuis de-
dicatis testatur monumentum verus Patavinum, quod ta la est.

IANO. PA RI

AVC. SACRUM

C. IVLIVS. C. F. SER

RAETOR. AED.

* PRAETOR

DONATVS. AB. TI. CAES

AVG. F. AVGVSTO. TORQ

MAIORE. BELLO. DELMA

ITICO. OB. HONOREM

II. VIRATVS. COM. LIBERIS

SVIS. POSVIT

Et Hispanum aliud huiusmodi.

MARTI. AVG

Q. LVCRETI. Q. L. F.

* QVIRINA.

SILVANVS

AVGVSTALIS

OB. HONOREM

DVVMV.

IDEM Q. DEDI

CAVIT

ATQVE ut semper essent, qui eo honore libentes fingerentur, eoru
etiam invidia, qui bene ac e republ. magistratum tractassent. Ius
pra

præmia, non sicut solita fraudari: his honores æq̃, his etiam statua
posita et monumenta, qua publicè testarentur transactos pro re
pub. labores, cum nobilibus eloq̃s. Pisauri.

C. S E N T I O C. F. P A L
V A L E R I O F A V S T I N I A N O
I I . V I R O . A U G V R I
V I C A N I . V I C O R V M . V I I
C O L L E G . F A B R . E T . C E N T O N A R
E X . A E R E . C O L L A T O . Q U O D . I N
H O N O R E . I I . V I R A T V S I N D V S T R I E
At hodie, ut dicere occiperam CLEMENTIVM et nomen et fami
 lia cum primis clara et opibus pollens, quanquam ad faeminam

Vnam



CLEMENS. ET. LVCRETIVS.

II. VIR

TERTIVS *Hiberij nummi e Barcinonensi Collegio Soc. notus,*
Quum uir sit scribit CLEMENS ET LVCRETIVS II VIR. Au-
sus Aquilam habet hastili insistentem. inter gemina cohortium signa:
in spacijs medijs eas notas: C. C. A. At CLEMENTIVM olim obscu-
rum nomen, nunc clarissimum: quanguam nec veteribus inauditum no-
men. Roma tali lapis est.

D . M

CLEMETI . CAESAR

VM. N. SERVO . CASTE

LLARIO . AQUAE . CL

AVDIAE . FECIT . CLAV

DIA . SABBATHIS . ET . SI

BI . ET . SVIS .

Castellarium puer dictum eo quod Castellorum aqua Claudia illi cura;
erant autem Castella aquarum receptacula, siue exigua quaedam
turres in pilarum morem erecta, cum rimis quibusdam siue fora-
minibus quibus et spirare aqua, et admitti purus aev poterat, ne si-
licet inclusa corrumpentur. Horum Castellorum curator Castel-
larius dicitur. Neapolitanus Lapis alius.

HIC . PVER . OCTAVO . FRAVDATVS . CLAVDITVR . ANNO

IMP . I . A . QVEM . FATI . SAEVA . RVINA . PREMII .

NOMEN . ERAT . CLEMENS . MINIME . LAEDENDVS . ET . ANNIS

SPES . ERAT . IN . PVERO . NVNC . CINIS . ET . GEMITVS .

At hodie, ut dicere coeperam CLEMENTIVM et nomen et fami-
lia cum primis clara et opibus pollens, quanguam ad faeminam

vnam

Unam decolorata lectissimam MARIAM CLEMENTEM, et VILLAL
PANDEIS coniugij iura additas. et profecto magnum sit, ac miran-
do prope par, perist annorum curricula integrum non modo genus
sed et nomen servatum, ne litterula mutata. Si tamen ab eo CLEMEN-
TE, cuius in numo mentio, CLEMENTES qui hodieque sunt supersti-
tes, genus ducunt. quae mihi res in ancipiti est.

LVCRETIORVM gens clarior Romano aere, cum et Patricia es-
set, et cum Iarquinij Regibus propinquitate iunctas; illustrior, quia
ab illis deciscens vindicanda libertatis causam praebuit, propter illas
tam LVCRETIAE iniuriam. Exactis peream occasionem Regibus an-
norum centum et triginta intervallo, septem ex ea viri Consulatus, sex
Tribunatus consulari potestate totidem, triumphos duos obtinuerunt. Nec
LVCRETIORVM virtus aere consequente amaruit, plures enim sum-
mos Reipub. gessere honores, quos operisum esset recensere, non tamen
ad praefexi institutum necessarium. Satis sit LVCRETIORVM clari-
tudinem et generis vetustatem indicasse. Numum hic habes.



SEX. ALLVTIVS. L. LVCRETIVS
II. VIR.

CUM SEX. ALLVTIO duumvir fuit L. LVCRETIVS, ut est in numo
Francisci de Vreca integro, et in numo Mortaniorum alio. At sit ne idem
LVCRETIVS hic cum eo, de quo proxime dicebamus, quicum CLEMENTE
iungit, incertum mihi: eoque dicit animus ut eorundem existimem: ut vir unus
honore gemino clarus sit, et iterato magistratu. De Collega ALLVTIONI
hic est omnino quod dicam; tantum illud: existimare me non Romanum
genus, cum eius appellationis nullum me legere meminerim in Roma-
ni veteri. Et quanguam illi familia idem perire contigerit, quod alijs mul-
tis, ut acie tenebris conderentur; sed claram tamen Tibericus Principe in Ur-
be nostra fuisse numus clamat, honorque duumviratus in illo.



C. CAESAR. C. POMPONIVS

PARRA. II. VIR.

CVM venissem aliquando in domum CL. V. Francisci Mercatoris Officij Comitibus, ut saepe facere solebam, steteram enim illo familiarissime, quia et doctus et cordatus est, et cum primis litterarum amator, et antiquitatis admirator. Erat tum totus in Museo veteres numos, quorum non paucos habet, inspiciens: et postquam de more salutavimus, vix, inquit ille credes, quam intempore sit advenies tuus, tanquam ex condido, aut monitus quidem dicendum venias. Nam ecce hoc numisma, quod mihi certe aut crux est, aut furca, ita totus ab eo pendeo miser. At ego, inquam, ista te cruce, et cruciatu eripiam, nisi pendere tu, quam filii maculis. Huc mihi numisma. Inspecti tacite, illo me etiam respedante, nec interpellante. Tiberij erat Caesaris eo profusus modo signatum aversa et adversa facie, quo superiores duo, cum aquila nempe involare gestantis morem habili impressa, mediaque inter duo cohortium signa: infra II. VIR. circumcirca haec litterae. I V N A V O . L V P O . P R . G . C A E S A R . G . P O M P O N . P A R R A . medijs spacijs inter cohortium signa ea nota C. C. A. Cum legissem, pacifica, inquam, omnia fuisse et meo huius, nec ante ades furca ulla, qua maxime timenda sit tibi. At, inquit, scio numisma Tiberij Caesaris. Sed primum quaero, quid tibi ea singulares nota velint, C. C. A. quoniam me istud quidem me ter quod memini enim a te audire primores esse notas vocabulorum trium COLONIA. CAESAREAE AVGVSTA. Quare tu, ut puto, ad Urbem hanc, quam ornandam suscepisti, quoniam in alia natus, nummi huius reverendum censelis; quia ego in re libens et volens in team assentiam, neque voto mi voluntatem esse ullam aut libertatem repugnandi. Sed, qua circa sunt litterae, (haec enim est alterum quod quaero)

quod me

quomodo legenda videntur tibi? Tertium, quid de toto nummo sentias, aut quid indicare voluisse, qui percussere, existimandum iudicas. Hic ego sic legi: IVNIANO. LVPO. PRAEPECTO. C. CAESAR. C. POM. PONIVS. PARRA. TI. VIRI. Nam in prima voce compendium illud, N, quod obscuram rem facit, duobus elementis constat, NI, perspicue. At in tertio vocabulo PR, omnino PRAEPECTUM indicari, ut nullum eger aliquid argumentum, nimius eiusdem IVNIANI persuadeat, qui ecce hic habet: nam mecum illum ad huc ab amico datum mutuum.



Cetera plana sunt ut explanatione nulla egere videantur.

Superest ut faciamus ad alia gradum. Sed enim ego antequam ulterius procehar, audire a te volo, quid tibi de toto nummo videatur: nam fieri non potest, quin, qui sedulo non semel nummum fueris contempleris, aliquid commentus sis: anxie enim ac sollicita mentis, ut multa se offerunt vana et leuicera, prout in quamque parte labido impedit, sepe tamen bonis ingenij cultisque, dum meditantur, dum quarunt, quid se offert reponendi, solendum que. Age hoc: edisserere quid tibi in mentem venerit, ego, quando ita volueris iudex sedebis: et si quid addendum aut mutandum videatur, post te subiungam. Tum comes, an inquit, veneris, ne que tibi in mentem venerint minus mihi probentur? Ut ut fecerit, inquam ego, decipiendum tibi est, neque ego patiar, ut vel verbum ante te faciam. Ille vero, suspicio, inquit, erat, Iberij acce legionem integram missam CesarAugustam in sedium, supplementumue paties. Vides ibi Aquilam legionis signum, vides et Cohortium signa, legi et Praepectum IVNIANVM, legionis nempe, et cum ea de ducem, quid praeterea quaris? An non rei indicando merito nummus cum signis, sed quibus deduci soliti milites, et nomine Praefecti cum Decumviorum, cupis? Immo si quid habet, quo coniecturam nostram acce iures, aut illustret, pro me. Hic ego substitis, tanquam meam rem toher, mox (nam adhuc stabat uterque) sedeamus inquam, neque enim de re seria nisi a sedentibus disputari potest.

TIBERII NUMMVS EXPEN

Sus: missa in Colonias Supplementa: Tacitilo-
cus explicatus, et Tullij item: lux lapidibus:
et alia quaedam pauca.

CAPVT . XLIII.

POST QUAM SEDIMVS (ET COMMODVM EO MOMENTO IP-
SO accesserat, ut domesticus amicusque, non vocatus Henricus Castri-
us Ecclesia Caesaravgustanae Canonicus vir indolis nobilissima, ne-
que ab his litteris alienus, aut in eis hospes) sic ipse cepi. Non puto
rem parvam effecerimus, si coniecturam hanc tuam (Comitem al-
loquebar) probabilem reddiderimus: nam ut certam stabilemque, vix
fore existimo. Et tamen verer ne quae pro te disputabimus minus
cuicquam videantur firma. Sed dicamus tamen.

PRINCIPIO nouam non esse rem, sed solitam Romano auro, sup-
plementa in Colonias ^{duo} militi, aut imminuti variis casu Colonis, aut
causa alia, quae multiplex esse potuit, ut iam dicam, Augustus ^{etiam,} ~~causa,~~
quod proditum ab Hygino est, [Illas quoque Vrbes, quae deducite a Re-
gibus, aut Distans vrbes fuerant, quae bellorum Cicicium interuen-
tu exhaustae, dato iterum Colonia nomine, numero Cicicum am-
pliavit, quaedam et finibus.] Quod ait dato iterum Colonia no-
mine (nam animaduerte te velle id interrogare) inde omnino ortum,
quod Colonij certus Colonorum numerus praestitutus erat, infra quem
iura Colonica non starent: ne scilicet Propugnacula illa Reipub. po-
puli que Romani, vrbsque principis simulacia, propter cicicum in-
fraguantiam, despectui ac ludibrio essent; aut e Colonij in exiguos
pagos, et ignobilia oppida transisse viderentur. Quam in rem illustis
est Dionis locus, apud quem Augustus [Carthaginem ~~Colonia~~ quae
denuo Coloniam deduxit; quia cum Lapidus partem eius habitato-
ribus orbasset, videbatur eius Colonia distulisse.] Habentur haec extremo
lib. LII. Qua certe minor perspicax Lipsij iudicium fugisse, cui
Taciti locus Annali XIV. non multorum verborum negotium fuit,
imo scopulus fuit non vni illi; scire et alij, quos illicet exemplum,

nam

¶ Licinius certe A.V.C. XXXI.
P. Sulp. Galba II. C. Aurelio
Cotta cons. an. Urb. DLIU.
[Triumuirus creator ad sup-
plendam Venusini colono-
rum numerum; quod bel-
lo Hannibalis attenuata vi-
res eius Colonia essent] pro-
didit.

nam multum evaditionis fama valet, tanquam tibi copiam auigante ex-
plorantem sequerentur, in eadem angustia in cauta cogit. Facit ver-
ba lege, sed manum est. [At in Italia veteri oppidum Puteoli, eius Colo-
nia et cognomen a Nerone adpersuntur.] Satis ne est? Satis inquam,
notum patet videri: nam quo modo eius Colonia Puteoli ab Nerone da-
tum, cum deducam eo Coloniam conset anno N. C. DLX. Pub. Scipi-
one Africano II. et Ti. Sempronio Cors. ex Licio, Velleio que? Expi-
cat aut scilicet Siphio Agellij auctoritate, qui renovato Colonia in
municipia, hac in Colonia fuisse solita mutari scribit lib. XVI. Capite
XIII. Ita Puteoli accedisse, aut Colonis eorumque posteris mortuis Co-
loniam esse desisse. [Nisi tamen Cornelij Verbis ea res, inquit, ut velit
universum oppidum incolatque, prater eos, qui vocabantur ex colonis Au-
gustianis, Colonico iure donatos. Et sane duplex hoc genus hominum in
Colonis fuisse, e Ciceroe clarum pro Sulla, ubi diffidia etiam inter Pom-
peianos Colonosque recenset.] At nos id scilicet querimus, cum Colonia no-
vato Colonia esse desierint, neque patet cum in Provincia aliquam et
illius oppidum deducta Colonia fuit, mixto Romano cum incolis, iure
Colonico Romano isos tantum, alio incolari, sed utique ius commu-
ne idem fuisse. Et quoniam incolarum et Colonorum relicti in ~~lapi-~~^{lapidi}
~~bus~~ mentio, id patet factum non ad indicanda diversa iura, sed utique
certe apud nullum scriptorem, aut in cunctis iuris Auctoribus discernere
illud iuris me legere meminisse: si sciret esset, non nemo maxima de tu-
re conjector praedidisset. Non igitur opus fuit ut Nero in colis Puteolanis
eius Colonia canasisset vellet, quo non cavere ipsi: imo etiam si id verum
fuisse dicamus, qui ideo tamen eo deductam ab Nerone Coloniam dica-
ret, quod parti ciccium ius illud communicasset, latine non loquere-
tur: neque enim Colonia deducitur cum ius tribuatur incolis veteribus,
sed cum miles cum signis ducitur in Coloniam, nec in ea faturus ciccii.
Ergo id facit vellet, imminuta ciccium frequentia ante Nerone ius
Colonia dissolutum, quod infra certum numerum Colonorum nequaqua-
stare poterat, ab eoque Principe deductam, quia missi militibus, aut ci-
cibus e sebe, numerum auxit, et cum eo ius restituit Puteoli. ^T

Hic Comes, egregie, inquit, hac à te sunt disputata, sed pergo tamen
inco, quod ceperas: nam nova mihi spes oritur, futurum ut per te mea
illa coniectura laem accipiat. Ego vero, pergo, inquam. Itaque cici-
lia arma interitum non raro colonis adducere, imminuere sepius
quon

Addita hic vide sub ea
nota.

quentiam.

Alia etiam imminutionis Coloniarum causa, longaque diuusa fuit. Quae ex facili eisdem verbis lib. eodem deducas licet. Huc mihi librum, sodes. Veterani Faventum et Capuam scripti, non tamen infrequentiae locorum subuenire, dilapsis pleribus in Praeuectas, in quibus stipendia expleuerant: neque concugijs suscipiendis, neque alienis liberis scedi, orbas sine posteris romos relinquebant. Nullo causas alias cuique obvias, famem, pestes, intestinas simultates, malaque cohaeritas partes; quibus saepe non vrbes modo paruae, quales communiter Coloniae, sed et maxi-

quo faciunt illa Licij A.V.C. XXXIX. [Extremo anni quia Spurius Posthumius cos. renunciauerat, peragrante se propter qualitates utrumque Libus Itali a desertas Colonias Sipontinum supero, Buxentum in fero mari inuenisse, Atrium uiri ad Colonos eo scribendo ex S.C. ab A. Menio Praetore Urbano creaturum] Et Strabonis haec lib. V. [Comum mediocri Colonia erat, sed Pompeius Strabo Magni Pater Colonos restituit. Eam Rhети vastauerant. Cos. Scipio tria milia hominum addidit, Caesar quingue milia. Hic nouum Comum vocauerunt.]

Huc illa referenda, quae apud Rom. Historiam pariter leguntur A.V.C. XXXIII. L. Furio Purpureo M. Cl. Marcello cos. Coss. nis postulanti bus ut sibi Coloniarum numerus augeretur, mille adscribi iussos: et illa apud eundem lib. IV. A. Corn. Coss. 7. C. C. C. Fidenis Coloniarum additum numerum, agrumque ijs bello interuenturum assignatum.

TERTIAM ego fuisse puto supplementi causam, glebae uentatem scilicet, agrisque amplitudinem. Neque enim initio quidquam agrum fuerat, inter Colonos diuisum: sed data cuique parte pro stipendiorum militiaeque modo: quidquid inde reliquum, extra limitationem fuit. Seruarique solitum est, quod in ea loca deducendi denuo erant. Quo mihi Iulius respexisse uidetur, cum in Antonium inuehitur, quod Capitinum Capuamque, quae flouentissima Coloniae erant, denuo colonos deduxisset. [Conspicisti mihi per litteras de Capua tu quidem, sed idem de Capitino respondissem: posse ne, ubi Coloniae esset, eo coloniam nouam iure deducere? Negavi in eam Coloniam, quae esset auspicio deducta, dum esset incolens, coloniam nouam iure deduci: Colonos nouos acribi posse rescripsi.] Aliud enim esse nouam deducere Coloniam, quod incolenti priore non licebat; aliud nouos mittere Colonos, quod nullo iure prohibebatur, immo sapienter prope necessarium fuit. Certe noua cum deducere Coloniam nouae Colonis leges a P.P. Viris scribebantur Populi Re. nomine; noua fieret agrorum diuisio ac limitatio. Ita pene opererat, ut veteres Coloni de acribus iure decederent, agrisque partem amitterent nouis incolis assignandam, erant nutum denuo deducendis uicerent, et quasi precario. Quo duplex inferre batur iniuria, et ei qui prius deduxerat, aqua leges modumque agrariae ceperant, et ijs etiam ipsis, qui de sua ueluti sede deiecti acribus possessores pecebantur. At cum in supplementum missi Coloni, admissique dem ad ceterorum ciuitas, arcebantur ab agris, nisi quod a prima diuisione limitatione vacaret, quod in premium laborum, cum nullis iniuria posset dari: uel etiam possessorum abscisso, supplicio, aut dolo, quod frequenter factum est. Unde lux etiam Ciceroni eisdem locis alijs. Causa

gere volentem interpellavit Comar, et, An alia fuit Supplementi inico-
lonias mittendi occasio? inquit; nam fuisse aliam puto tumultus, qui
aut in Provincia mouebantur, nec satis colonorum scriptus nume-
rus comprimendo erat; aut certe in ipsis urbibus partibus factionibus.
dixit. Age, et si quid tibi ex bonis authoribus obseruatum, prome. Sim-
li vnica Placci locus, inquam ego, maxime in eam rem: nam alios
non memini. [Gracchus Colonos dedit municipijs, vel ad Supplementum
Cicium numerum; vel ad coerendos tumultus, qui subinde moueban-
tur.] Puto vnica verba multorum tibi inhaeruerunt. Pergo? pergas
licet, inquit ille, per me.

IVM ego: Quoniam Supplementum nostram in urbem missum fuisse vi-
dendum est, quae maxime causa fuerit, Urbe non antea
nos tibi XLIV. condita. Humanarum nullum casum aut famis, aut
pestis, aut etiam gladij per eos annos in Hispania fuisse, vel ex eo est pla-
num, quod nihil simile a quoquam scriptorum proditum est. At nec colo-
norum imminutum numerum ea causa, qua Faventum et Capuam
imminuta Cornelius prodidit, vel ex ijs ipsis satis constat, qua Fai-
tus idem scribit, imminutionis earum urbium causas indicans. [Non
enim, ut olim vnicae legiones deducebantur, cum tribunis et Centu-
rionibus, et suis cuiusque ordinis militibus, ut consensu et caritate Rem-
publicam efficerent: Sed ignoti interse dicentes manipulis, sine rectore
sine affectibus mutuis, quasi ex alio genere mortalium repente in u-
num collecti, numerus magis quam Colonia.] Hinc sic olim mili-
tares Colonias, quae scilicet a C. Caesare, maximeque ab Augusto de-
ducto fuerant, aliter constitutas; in easque legiones integras dedu-
ctas, cum tribunis Praefectisque. Quod idem Caesar Augustus contigisse,
dum ab Augusto deducebatur, quis negare audeat? nisi qui om-
nia negare solent, ignoratque Augusti ingenium; quam veteris moris
retinentissimum fuisse Suetonius prodidit.

ERGO, inquit Henricus, Supplementi decreti aliam fuisse causam
putas; nec puto ipse fuisse aliam, quam agri bonitatem amplitudi-
nemque: et reservatam glabra partem, sub deductione prima Coloniae,
quae dicendi interduos Colonos posset. Ita, inquam, est omnino; quod
nemo negauerit, dummodo vel leui aspectu situm, quo Colonia ab
Augusto constituta, viderit, agrique Caesar Augustani seu bonitatem seu
amplitudinem, quae satis esse possent ad veteres neciorque colonos, obertim

ditandos. Hic Comes manu femur percutiens, Nunc tandem, inquit, mihi lux oborta in tenebris, quas scriptorae alij nequaquam dispulere, in veteris aei monumentis: Nam Valentia, quae tibi Patria est, passim in lapidibus ea verba extera testis ipse sum: VALENTINI. VETERANI. ET. VETERES. Et in Turisignensi monumento similiter: TURISIGNENSES. VETERES. ET. IUNIORES. Id scilicet est discrimen ad incertam distinguendis veteribus incolis colonisque, a coloniis novis. Sed tu perge, quo destinasti.

VENIO, subiunxi ego, ad Coloniam nostram, cuius occasione paulum extra orbitam, non tamen inuoliter, excursum est, ut puer: quam tu Romanorum militum integra legione liberij auro aulam vis; nec omnino temere, ut ega quidem sentio. Ac quidem Aquilam praeferendi solis fuisse legionibus eius, praeterquam totius Romanae antiquitati usu comprobatum est, nobilitatem scripturarum vocibus stabilitur. At enim ubi infra legionem numerus armatorum consistebat, Aquilam praeferrere nefas fuit, quia nec exercitus appellatio infra illum numerum constabat, legione minimum constituta. In exercitu vero principum signorum aquilam Modestus eo libello testatur, quem de rei militaris vocabuli composuit.

[Haec enim] Cohors nempe prima [suscepit Aquilam, quae praecipuum signum in Romano est semper exercitus, et totius Legionis insigne]. Signa alia cohortibus data, ut inter se discrimen agnoscerent, nec facile unius cohortis cum alius milites miscerentur: quorum imaginem habes in numis tuis passim. At in hoc numo utrumque habes, et Aquilam, et signa cohortium, quae mediam tenent. Huc mihi numum.



Ergo Aquila legionem, signis alij cohortes innui non improbabiler affirmas, in Urbem deductas fuisse. Iuvat coniecturam hanc nomen Praefecti, cum duumvirorum nominibus cespum: nam cur quae in uno hoc numo praefecti nomen additum? cur unius mentio? non certe aliam ob causam, nisi quia eo anno Duumviris illis legio deducta est. Nam Praefecti
cum cui

eum, cui legionis cura commissa, diuini constat: de munere Modestum
 audi: [Proprius iudex erat Praefectus, habens comitiuam primi ordinis
 dignitatem, qui absente Legato tanquam Vicarius ipsius potestatem ma-
 ximam retinebat. Tribuni, vel Centuriones, ceterique milites eius pra-
 cepta seruabant; vigiliarum, siue professionum leuatas ab eo, petebant. Simi-
 les crimen aliquod admisisset, auctoritate Praefecti legionis à tribuno de-
 putabatur ad poenam. Arma omnium militum, item equi, vestes, et an-
 nona, ad curam ipsius pertinebat. Disciplina suauitas exercitus non solum
 peditem, sed etiam equitum legionariorum praecipue eius cotidie subdeban-
 tur.] Solitor autem milites cum deducerentur in Coloniā cum signis
 proficisci et aquila, legisse credo apud Hygenum. Sicut ergo TULLIANUS
 hic LVDVS Praefectus etiam inter Colonos fuit, in vrbeque nostra cum cae-
 ris in agrorum partem admissus, quod mihi dubium omnino non est,
~~quod eodem die in agrorum partem admissus, quod mihi dubium omnino non est,~~
 legionis sua ductor ac deductor fuit, res profecto magna, ac memoria mor-
 talium fuit digna, integram Romanam Legionem fuisse in supplemē-
 tum nostram in urbem deductam: quae si Modesto fides, pedibus con-
 stituebatur sex mille centum quinque: equitibus D.CC.XXVI. quare
 quam eum numerum non perpetuo tenuisse, sed imminutum saepius
 varijs casibus, iterumque restitutum suppletumque constat. Haec habet pro-
 bae haece coniectura: quanquam, verum ut facerem, ipse verior ne magis
 hae ex ingenio, quam ex vero disputata sint, nam video aliud quidpiam
 dici posse, quod stabiliter sit. Sed sua sententia hae probabiliter maneat.

VRBIS CAESARAVGV

Stae Praefectura: C. CAESAR CALI

GVLA Duumuir Caesaravug.

et NERO et DRVSVS item CAESARES. II VIRI

CAPVT XLIII

ECCIPIT HIC SERMONEM COMES, ET AN ALIQUID INQUIT,
 et similitus quod dicas vero? Ego iam nihil teustra meditatum puta-
 ram, et que in istis, que disputata sunt conquirebam: nam quid aliud
 afferri atque potuit omnino non video. Age vero exime anxietatem hanc.
 Quem tu, inquam ego, Praefectum legionis fuisse putas, TULLIANVM
 ipse Caesaravuguste vrbi Praefectum existimo: qui magistratus fuit in

Colonijs ab alijs distinctus, nec rarus. Nam cum ea simulacra quaedam
 Urbis Romae parua essent, ad eius se mores, quantum poterant, frangebant,
 At Romae Urbis Praefectum magna fuisse Magistratum dignitati satis con-
 stat, sicut et ea, quae illius sollicitudini ac providentia commissa fuisse,
 sicut honorem illi ab ceteris magistratibus relatum consideres. Omnium
 enim omnino criminum cognitionem, sicut quae intra urbem, sicut quae
 intra Italiam fuissent perpetrata, sibi Praefectus Urbis vindicavit. Cuius
 singillatim seseque tradita sunt in Civitate ab Ulpiano: L. Omnia.
 D. de offi. Praef. Urb. Quaequam ultra centesimum lapidem intra Italia
 potestatem non habuit, ij enim limites lege eadem eius iurisdictioni pra-
 titi sunt; Carnium etiam cura, cuius ut praecio distraheretur, illius erat,
 ideoque et Saevium forum: imo quies popularium, disciplina spectaculo-
 rum illius sollicitudine subdebantur, ideoque Stationarius tota urbe dis-
 ponere et nec procurande ius fuit. Urbe, Urbisae regione, negotiatione,
 professione, aduocationibus, foro ad tempus vel in perpetuum poterat in-
 terdicere. Addita deinde Praefecto Urbis annona cura, et supra omnia
 corpora ac collegia iuridictio. L. Studentibus. L. Omnium. C. de Off. Praef.
 Imo in eam dignitatem ecclesiae magistratus et, ut omnibus in urbe di-
 gnitatibus excellere dicitur L. Praefectura. eod. tit.

ATQUE haec tu, inquit Henricus, observata etiam in Colonijs pu-
 tas? haec etiam nostra in urbe? Nam cur non? inquam ego. Sed cum
 proportione: Praefectusque Urbani eius territorium urbis comprehendisse
 non ultra, puto: imo et honorem esse supra ceteros illud indicat, quo
 utcumque in numis nostris nominatur primo loco, tanquam pri-
 mus honor collocatur. Eadem de re iam dicam. Reuerentius in Colonijs,
 inquit Comes, obscura mentio ut puto: me saltem nihil simile legere
 memini. Tu si quid habes ex probatis auctoribus observatum, pro-
 me, sodes. Ex scriptoribus nihil omnino, inquam ego; Ex alijs, quo-
 rum non minor auctoritas, non quidem multa, sed quae sunt tamen
 in rem praesentem satis. Nam Praefectorum Colonicorum nonnullam
 Numis, in monumentis ac lapidibus frequentior extat mentio. Ad
 haec ordior, deinde de illis dicam. Auximi lapis est, ex quo ea verba
 in hunc locum faciunt.

C. O P P I O . C . F . V E L

B A S S O . P . P . C

P R . I . D . A V X . 7 . L E G . T I I I

Quid? Henricus inquit, an nos ariolos esse putas? nam mihi haec no-
 magis

magis clara, quam Cymmeria nebula, aut Boreum aer: nec magis per-
 uia sunt, quam aut Africana Syrtis, aut Arabia deserta. Tenebra tibi
 nempe, inquam ego, in nos si singularibus compendisque litterarum. Et
 vero quid ea sint, P. P. P. C. nescire me fateor, sed puta tamen esse:
 PROPRAETORI PROVINCIAE CILICIAE: nam aut Del, aut affina
 quidpiam. Quae sequitur, id sunt: PRAEFECTO. IURI. DICUNDO. ANXIMI-
 TANORUM. CENTURIONI. LEGIONIS. IIII. Est autem Anximum in Ita-
 lia oppidum in Piceno, hodie Ormo non nemini. Claviosa illa ex alio la-
 pide bene vetere.

M. P O B L I C I O

M. F. S A B. S E X T I O

C A L P U R N I A N O .

E Q U O . P U B L I C O

F L A M. D I V I. I V L I

P R A E F. A E D I L. P O T

ACCEDAT et numismatum auctoritas, quae quanta sit tunc videre po-
 teret, certe sunt veluti testimonia quaedam fide publica roborata, qui-
 do quidem publica etiam auctoritate percussa: nec probabilis est, in ea re, quae
 Reipublica auctoritate fit, non summam diligentiam adhibitam. Et ali-
 arum urbium numos non indico, si quis eos videret Galliam adeat, quia
 licubi de illis: mihi Casaraugustani satis sunt. Princes hic sit idem, de
 quo sermo. Secundus alter ille sit, quem paulo ante monstravi, in quo
 L V P V S P R A E F E C T V S scribitur, nec alius ut patet ab I V N I A N O L V P O,
 quo de nunc agitur: neque tamen in eo numo mentio signorum, sed
 pro illis boves subiugum missi sulcum ducentes, ut in plerisque. Ter-
 tius numus alius sit, quo de alicubi a nobis disputatum, et indicata con-
 iclara non quidem improbabiles, sed puta tamen probabiles ad hanc e-
 dem rem referri posse. ~~Signum autem Augusti~~ Augusti Caesaris effigie
 habet cum his litteris. A V G V S T V S. D E I V I. F. Aeneas boveum mitella
 infuligra ornatum qualis ad aram sibi stitit: supra boveum ea nota:
 C. C. A. Circumcirca. P R A E F. G E R M A N. L. I V E N. L V P E R C O. I I. V I R. T B.
 F L A V O. Eam etenim vocem G E R M A N. non ego de Germanis aut Germa-
 nica regione accipiendam puto, quamquam nec quidem improbabile
~~confero:~~ sed nomen est patris Praefecti eiusdem: neque ad eundem per-
 tinere ea puto F I B. F L A V O. P R A E F. G E R M A N. sed ad duos. Nam Ger-
 manorum genus in Colonia nostra fuisse cum princeps clarum, numus
 C. Caesaris perscrudet, in quo G E R M A N V S et L I C I N I A N V S notantur.

Iuum

Duunciviri, quem ego GERMANVM eundem esse cum Praefecto existimo. Sic certe plane plana quae aliqui in eo numismate scripsit sunt obscurae. Ita est inquit Comae, et si utquam alibi, minus hic sibi placeat eruditissimus Ant. Augustinus. Sed perge hunc inuestigare diem, et quod superest dubitationis nobis exime. Id dico, quando de Iuniano Praefecto dictum, ad Duuncivirum transi. Nam quos te esse existimas C. CAESAREM. C. PONTIVM PARRAM? Nisi vero vis C. hunc eundem esse, qui postiberium Romanum imperium accepit: mali Corui malum orem. nam malo principi pessimas secessisti.

HIC ego subisti, et post aliquam silentij moram, paradoxum, inquam dicam aliquid, et quod vobis incredibile videatur, ideoque à nemine proditum: et ad Comitum concenset, neque tu mihi loco sed locutus videris serio, et de certe bono genio vocem tuam, quo mens recessit religiose. Ad C. CAESAREM, eundem ipsum, qui post in imperij curam Africae successores fuit, Caesar Augustanum fuisse Duuncivirum. Nisi te, inquit ille, probe nossem, et ingenium tuum, non facile prosum in ea quae aut nullo, aut levi nitentur fundamento, prope feras et existimarem aut imponere velle nobis, aut certe insolenter prosum in Caesar Augustae vobis gloriam, eo rari ubi velle quae illius splendor fulgere videtur, et ludibria oculorum pro veri veritas dicitare. Quid enim? tantum ne fuit magistratum in nostra republica gessisse summum, ut et Caesaribus cum honorem dignum velis? Nam quid a tibi simile prodidit scriptorum vel vult? Quantum tibi Caesar Augustani debeant si pente novint eum ipsum quam Imperatorum orbis Romanus accepit, coram suscepisse Republicam, eumque gessisse apud eos honorem, quo nullum maiore civitas agnoscebat? Age vero, ne diu nos torquet, libera sedam tuam, neque enim puta satis nobis esse, quamquam velle discipulos habes, quod illi, factum ipse dixit; plus quidpiam hoc et momento temporis et loco atque exigimus, ut firmes scilicet. Haberi audientes acudissimos.

NEQUE ipse, inquam, omnino, ut mihi maior fides habeatur a vobis volo, quam probatio ipsa mereri videatur. Et quidem rem effecero puto si duo demonstravero, et Caesares in Coloniae raris quidem, sed gessisse magistratus, et in vrbis Caesar Augustae Caesarum alio ante Caium gessisse. nam si duo haec stabilitantur certis firmisque rationum momentis, eredo facile assensurum, etiam de Caio Caesare, cuius in nomen hoc nomen, ne sit terà quidem dentis. Nihil amplius, inquit Henricus, expellabimus: fac quod

quod facis. Immo, inquit, comes, plura dabis quam petimus; eoque maiora, quo Casauraugusta gloria maior fuit plures, quam vnum habuisse principem vrbani functum magistratibus.

IN ETIVM mihi probationis a primo, inquam ago: felices solior fuisse Principes magistratu fungi non nunquam in Colonia. Quod sic tamen a vobis accipi volo, non tanquam ipsi coram gesserint in Colonia honores, sed tantum ut honore contenti sufficerent alior de Colonia ipse, qui eorum nomine gererent; quod post decubitam rerum mox ad vnum, non raro solitum Roma in Consulatu. Huius rei non frequentissima in veteris cuiusque curriculo in praesens vestigia, sed rara, et pressissima tamen: et fuit cum me haec res diu suspensum habuit. Sed tamen apud S. Gruterum, qui monumenta omnia, quotquot videqua que nancisci potuit in deo volumina collegit, vastum opus cum multisque laboris, sed utilitatis etiam immense, lapsus est Pag. CCCC. XXII. Legi, si ad manum codex: nam primus est pagina illius.

L. I V L I O . T R O M . A C I L I A N O
 P R A E F . P A B . C O N S . T A B . M I L
 P R O C . A V G . P A T R O N . C O L O N
 Q U I . R O G A T V S . A B . O R D I N E
 P A R I T E R . A C . P O P V L O . V T
 G L A D I A T O R I I . M U N E R I S . P U B L I C I
 C U R A M . S V S C I P E R E T . F E C I T
 E T . E X P L I C I T O . Q U O D . P R O M I S E R A T
 I M P E N D I V M . B I G A E . Q U A M
 P O P V L V S . E X . C O L L A T I O N E
 L E G A T I V I . A C . D O N A T I V I
 E P V L I . O F F E R E B A T . R E M I S I T
 E O . A N N O . Q U O . E T . O P T I M V S
 I M P . H A D R I A N V S . E T I A M
 D V V M . V I R A T V S . H O N O R E M
 S V S C E P I T

Habet hic Hadrianum Imperatorem ~~Hadrianum~~ inuicem in Colonia incertus, nam eius in lapide nomen praedictum non est. At, cui Henricus, mihi huc rursus in vestigiis prioribus nebulae, nam ea compendia, non adeo in his versatum turbant. Sicut legenda patet, inquam: L. I V L I O . T R O M E N T I N A , quod nomen perpetuo ante

cognos

cognomen scribi solitum, Tribumque indicat Romanam eodictam voca-
 bula. ACILIANO, Julij cuiusdem est cognomen: alter tertiusque versu-
 culus sic legendi: PRAEFECTO FABRVM. CONSVLARII. TA-
 BVLARIO. MILITARI. PROCVRATORI AVGVSTALI. PA-
 TRONAE. COLONIAE. Consul fuit hic collega Pompeiano anno
 Christi. CXXXVI. diebus L. IVLIVS ATTICVS ACILIANVS. Ita
 balarij autem di. ^{constat} hor, qui tabularij curam sustinebant. Caetera pla-
 na sunt.

Hic Comes, haec quidem, inquit, plana sunt: sed vide an apud a-
 liquem ex veteris aevi scriptoribus quid sit, quod in hanc eandem rem
 attingere faciat: nam praefecto mirum mihi à nemine affere quid pi-
 am proditum. De Hadriano eodem, inquam ego, ea prodidit Aeli-
 us Spartianus, non malus author: [In Hetruria Praetorem impera-
 tor egit, per Latina oppida dilator et adiles, et Decemuir fuit; apud Ne-
 apolim Demarchus; in Patria sua Quinquennalis, et item Hadriae Quin-
 quennalis quasi malia Patrias: et Athenis Archon fuit.] Qui locus in
 eam rem, quam tractamus, tam est illustris, nihil ut fingi aut excogita-
 ri possit illustrius. [¶] Sed transi ad numos, quorum et in corruptior fides,

Adita hic vide.

et maior auctoritas, quam scriptorum: et quae ex illis, aut de illis obser-
 uabimus, iucundius puto auribus Aragoniorum accidere; quia propi-
 us eos attingunt; nam multos alterius vrbis numos, qui in hanc
 rem faciunt, videre me meminisse, praeterquam earum, quae in Aragoni-
 à sunt. Primus è Collegio Societatis Iesu Barcinonensi effigies
 liberij habet cum his litteris: TI. CAESAR. DVVI. AVGVSTI. F. AV-
 GVSTVS. Aversus adolescentum duorum effigies sepe multo respecta-
 tum, cum ij litteris: NERO. ET. DRVSVS. CAESARES. QVI^NQ.
 C. V. I. [¶] nam potrema nota, corrupta è numi parte, obliterata
 est: sed omnino C. fuit, et ad CEISAM vestram referendum nominis,
 quae COLONIA. VICTRIX IVLIA dicitur, et in numis singularibus illis
 litteris indicatur. C. V. I. C. Et quaequam Iarraco Citerioris Hispani-
 a caput eisdem cognominibus appellata, sed in ordine discrimen
 fuit, dicta namque: ~~CEISAM~~ I. V. T. T. id est, Iulia Victoria Iar-
 raco Iyrrhenica, acce. ^{Agata}, et Ant. Regallinae vobis, nunc enim id
 non expendo. Hic ergo ^{D. Iulium et Nerone} ~~Quinquennalis~~ habemus: quae ap-
 pellata magistratus cuiusdam in Colonia fuit, quo de alio tempore
 ex instituto dis putabimus: nunc enim alia nos vocant.



Idem NERO, ac DRVSIVS Daumvirii fuisse Caesaravugustani, cuius me
 ni auctorem omni maiorem invidia habere profiteor, Bart. Nlonbarij

TI. CAESAR. DIVI. AVGVSTI.
 F. AVGVSTVS P. M.
 NERO ET DRVSIVS CAESARES
 QVINQ. C. VI.

... cum Barcinonensi, nisi quod inveni
 arum effigies circumscriptis. NERO. CAE
 R. C. C. A. Quid desiderare amplius potestis?
 Aliud, Comes inquit, nisi ut necnummi
 in tantam Vrbis huius gloriam cedat, testa
 e vos, inquam ego, non morabor, auram
 unum ipsissimum, quem in loculo, quasi
 one animaduerso ablatum mecum. In spi
 riculum, additum, mutatum est: nam in
 decensa, vos maxime tales viros testes ad
 siturus.



TACENTEM hic me tanquam nihil esset quod adderem aliud, Henricus
 appellavit, et hinc tu, ne puto, inquit, nihil superesse quod quaeram. De
 Druso ac Nerone vobis dicas, qui fuerint, quoque fine diem clauserint. Na
 hae iam de illis quaerere tanquam nobis extra rem non erit. Ego vero
 Suetonium adi, inquam, apud quem de illis satis ad vita tua. Immo, ex
 cepit



Idem NERO, ac DRVSVS Daemurini fuisse Casaraugustani, cuius me
 mi auctorem omni maiorem incidia habere profiteor, Bart. Merlani
 numum eisdem praesertim forma cum Barcinonensi, nisi quod inscrip
 tio paulo est diversa, qua Caesarum effigies circumscribit. NERO. CAE
 SAR. DRVSVS. CAESAR. II. VIR. C. C. A. Quid desiderare amplius potestis?
 Res clarissima, certissima. Nihil aliud, Comes inquit, nisi ut numum vi
 deamus, quo tantares, quaeque in tantam Urbis haecus gloriam cedit, teta
 ta, memoriaeque sacra. Diu vos, inquam ego, non morabor, autan
 gi desiderio patiar, en vobis numum ipsissimum, quem in loculo, quae
 alibi negonarem, conditum, necne animadverto ablatum mecum. Inspi
 cite, expendite, si quod à me conficium, additum, mutatum est: nam in
 re tali, et mihi primum animadvertenda, vos maxime teta vror. teta ad
 uoco, nunquam grauciores habiturus.



TACENTEM hic me tanquam nihil erat quod adderem aliud, Henricus
 appellauit, et haec tu, ne pestis, inquit, nihil superesse quod quaeram de
 Druso ac Nerone vobis dicas, qui fuerint, quaeque sine diem clauserint: na
 haec iam de illis quaerere tanquam nobis extra rem non erit. Ego vero
 Suetonium adi, inquam, apud quem de illis satis ad vsta tua. Immo, ex
 cepit

cepit ille, volo me ea curâ liberet, nisi vero graue est. En tibi, inquam, potius codicem, quære in Tibério Caput LIV. ac lege, nos interim audiemus; atque exilima, quæ ipsa legis à me narrante audiri. [Maximus natus de Germanici filijs NERONEM, et DRVSVM Patribus conscriptis commendauit: diemque utriusque hincinâ, congiario flati dabo, celebrauit. Sed ut comperit inuente auro, pro eorum quoque salute publica vota suscepta, egit cum Senatu, non debere talia tribui, nisi expertis, et etate pro uectis: atque ex eo patefacta interiore animi sui nota, omnium eximinationibus bonis reddidit: variâque fraude inductos, ut et concitarentur ad conuicia, et concitari perderentur, accusauit per litteras, amarissimè conuictis etiam probis: et iudicatos hactenus fame necauit, NERONEM in insula Pontias, DRVSVM in ima parte palatii. Putant NERONEM ad uoluntariam mortem coactum, cum ei carnifer, quasi ex auctoritate Senatus missus, laqueos et uncas ostentaret: DRVSVM autem adeo alimenta subducta, ut tomenem e calcitra tentauerit mandere: amberum sic reliquias dispersas, ut vix quandoque colligi possent.] Hic, fides inuenum infelicitum fuit, fraude senis stulti licidique peremptum in morte citius illud addit, quod mihi quidem supra fidem omnem est, sed tradit tamen [Drusus deinde extinguitur, cum se miserandis alimentis mandando è cubili tomento, nonnum ad diem detinisset.] Mors miserissima scilicet atque adeo detestabili, ut his etiam qui iudicum sententia sic mori cogebantur, desessis sub terra, ut et virginibus Vestalibus, cibaria nihil minus apponerentur ad euitandam supplicij diuitatem. Et hæc ausus in nepotem in designator imperij successores in Germanici sedem: quid exilimatis ausum in alienum sanguinem?

LEDEAMUS ad C. CAESAREM, quem in gloria ustra Deumuiratu functum non iam credo, post Drusum, Nerone quoque incredibile uobis erit, maxime cum id numi testimonio comprobetur claro. Nisi fingere quis uestrum C. CAESAREM alium uelit non satis firmo fundamento. At quantum id esse existimatis, si probe expenditis, CAESARES tres habuisse Deumuiros? Et tanquam satis non fuisset è prima nobilitate Romana viros habuisse, quibus honores Reipub. mandarentur, habuisse etiam CAESARES, qui absentes honorarium magistratum gerebant. Equidem dubius sum, quid potius miretur, aut Casar Augustam maximum sue Reipub. honorem Deumuiratum CAESARIBUS offerre ausum; aut CAESARES NERONEM DRVSVM

CAIVM reijcere non auser. Talis iam tunc CaesarAugusta erat, quae
 gerendos magistratus suos AVGVSTA AVGVSTIS futevis, CAESAREA
 CAESARIBVS offerret: talis ut honore etiam Principes afficere posset.
 Itaque eos habuit Duumuiros Deipub. sua, quos Orbis dominorha
 biturus erat, quibus gentes paritura: ut utrique Duumuiratus Ca
 sarAugustanus Imperij hoc cinium fuisse videri possit; scilicet ut qui
 bus AVGVSTIS orbis ferendus erat, eidem CAESARIBVS Caesar
 Augusta regeret. Nihil huius de nostro addimus: comperta potui scribi
 mus, quaequam a nobis primum obseruata. Sermonis huius fuit finis.

DVVMVIRORVM NO

mina qui Caligulâ rerum arbitro gu
 bernauere Remp. CaesarAugust.

CAPVT . XLV.

C. CAESARIS NUMI DVO HAC TENVS NOBIS VISS. PRIMVS.
 E promtuaris et Mortaliuorum in quo SCIPIO ET MONTANVS Du
 umuiri scribuntur, eodem nempe nomine pae duo illi, quibus Pae
 uiris Deductam Coloniam dicitur supra est. an vero idem an diuersi ad
 illi sint, in disputationem vocare quispiam possit. Sed quis deservire
 audeat? Equidem ita existimo, si eodem esse veli, oportere ut multâ
 aetate proculi cum honorem inuenerint. Nam cum Coloniam Deductam an
 no Urbis condita DCCXXVI, qui Anistinatalem antecessit XXV. annis.
 nec C. CAESAREM ante annum Urbis DCC LXXXIX. qui a Christiano
 to fuit XXXVIII. imperium Romanum acquiratum fuisse constat, fatem
 nino ab uno honore ad alium interiectos fuisse minimum an supra sexa
 ginta tres. quibus si addas SCIPIONIS MONTANIQ. annos quos ha
 buisse eos par est existimare XXX. dum primum inuicere Duumuiratum, et
 sistent anni nonaginta et tres. Quae res miracula propemodum par es
 set, ut idem illi post LXXX. autem nos eundem adipiscerentur generisque
 honorem, quos, cum vicia alia gererent, nemo fortasse ~~non~~ CaesarAugusta
 novum viderat. At mihi probabilius visum semper diuersos esse,
 nec puto aliquid existimabis, quicquid ea legeris. quae de munerum ca
 usatione, honorumque administratione indicata sunt. superius.

Quamquam numus huius, quo eorum nomina consignata sunt, et mase
 et pulchritudine et metalli bonitate Ceteros omnes vincit, quos hactenus
 sive Caesar Augusta, sive aliorum oppidorum licuit videre. habet illum.



nis observacimus: imo et in numis eius municipij LICINTANORVM
 extat nomen. Sed ad profanos huius familiae honores, saevi addidit
 longe illustriores: nam Caesar Augustana Ecclesia Episcopos fuit, quida
 LICINTANVS, prope Christi annum CCCC. magna eruditionis ac san
 ctitatis laude clarus: interfuitque Carthaginensi eundem Concilio cum
 alijs Patribus: eundemque puto subtraxisse Plotano primo sub Pavi
 no

LICINIANVS. ET. GERMANVS

II. VIR.

ALTER C. Caesaris numus, quem in Collegio Societatis nostra Barcinonensi vidimus, Decumvira notat LICINIANVM, et GERMANVM. At de potestate, ut ab eo incipiamus, indicatum est, eundem esse cum GERMANO Praefecto Coloniae, cuius superiore capite mentio est facta. De nomine ac sanguine quod dicam, nihil est, tantum videri e familia nostra, sed non uno in Urbe nostra magistratu clara.

LICINIANORVM familiam claram, antiquamque fuisse multa persuadent. Originem a LICINIA sine dubio duxit, cuius proprium cognomen CRASSVS, quamquam per adoptionem fortasse in aliam insertum, in forma illa loquendi ad genus, et sanguinem indicandum inducta, cum quis ad optatus in alienum genus nomen mutabat. Sic quidam e Vinicia familia a quodam adoptatus Celsi Celsi Vinicianus appellatus est, cuius in Histis de bello Alexandrino, et apud Celsum ep. 1116. lib. VIII. ad Ciceronem mentio est; quamquam in Histis Vinicianus, in Celsi Vinicianus appellatur, quae res efficit, ut eo loci Manutius LICINTANVM restituerit. At eius gentis ~~luna~~ apud Martialem mentio non uno loco, ut in Bilbilitanis obseruacimus: imo et in numis eius municipij LICINTANORVM extat nomen. Sed ad profanos huius familiae honores, saevi addidit longe illustriores: nam Casaraugustana Ecclesia Episcopus fuit, quidam LICINTANVS, prope Anili annum CCCC. magna eruditionis ac sanctitatis laude clarus; interfuitque Carthaginensi eundem Concilio cum alijs Patribus: eundemque puto subtraxisse Blotano primo sub Pausi

no, quiaquam in eo mendasse pro LICINIANO Alicianus, vel Liciniano appellatur. Sed de his suo loco.



AEDILES MVNICIPA

les: eorum munus multiplex: Persio
et Iuuenali lux.

CAPVT. XLVI

NEC MINVS IN CAETERIS MAGISTRATIBVS, QUAM IN CURIA et Consulibus sese Coloniae ad Romanae urbis formam effundere. De singularibus, siquid à nobis praeter alios obseruatum est, dicamus: necne de Aedilibus, quorum nomen non minus varie usurpatum inuenio, quam fuerit varia ipsa munera, numerusque. Nam et singulares lego, et bi-notos, et quaternos fuisse et senos; tamque diuersa illis munia demandata, ut vix ut quidquam possit certo statui. Mirabellè octauo à Benueueto Lapide. C. QUINCTIO. C. FIL. COR. BASSO: II VIR. AEDIL. III VIR. IUR. DIC. PONTIF. Hic duos vides: quatuor habet ex alio Lapide, immo non Lapide, repperit, et in repperit ipsa rudius oxaratis litteris sub Perentino. A. QUINCTILIO. A. F. PAL. PRISCO. IIII. VIR. AED. POTES. IIII. VIR. IURE. DIC. Hinc illa in monumento alio. CL. POMPEIUS. FAUSTVS. DEC. COL. AQ. AEDIL. II. VIR. PAL. Et eodem illo monumento Aulus Quinctius ait. ET. IN. ORN. STATAE. ET. I. MAG. MEAR. RES. P. PERPET. HS. XXX. N. IMPEND. ARBITR. IIII. VIR. AEDILIVM. CURA. Immo, quod mirere, alibi fuisse senos indicat Mutinense monumentum P. VETTIO. P. F. CAM. SABINAEQ. P. IIIII. VIR. AED. POT.

O

NEC MI

NEC minus variae cura et munia. Aediles annonae, Aediles iuri
dicundo. Utroque habes in tabella marmorea exquifita antiquitate, quae
Maferius Card. habuit Roma, in qua inter alia inveniuntur haec scri-
ptae: IN CURIAM IVERVNT. PONTIVS. CELSVS. DICTAT. IVE
TONIVS. CLAVDIVS. AED. IVRIDIC. M. LEPTIVS. NEPOS. AEDIL.
ANNON. Aediles Augustales, Aediles Cereales. Neapolitanus cippus. C.
OCTAVIO. C. F. MAEC. VERO — — FLAMINI. VIRBIALI. ET. AV
GVRI. AEDILI. AVGVSTALI. Q. Q. IUVENVM. Lectorij in Gallia
aliis: DECVRIALES AEDILIVM. PLEBIS. CERIALIVM. Quod hic
dicamus in tanta diversitate Aedilium? nam adificiorum, ad iungas
curandarum munus Aedilium fuisse, vel nomen indicat, inde a prin-
cipio ductum. Aptissimus res haec ille haec M. Ciceronis locus.
Orat. in Verrem VII. [Nunc sum designatus Aedilis, habes rationem quae
a populo Romano acceperim; mihi ludos sanctissimos maximam cum ce-
rimoniam Cereri, Libero, Liberique faciendos: mihi Floram matrem
populo, patrique Romanae ludorum celebritate placendam: mihi lu-
dos antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cum di-
gnitate ac religione Iovi, Iunoni, Minervaeque esse faciendos: mi-
hi sacrarum aedium procuracionem; mihi istam urbem suam esse
se commissam. Ob curiam rerum solorum ac sollicitudinem fructus, illoda-
tos, antiquioram in Senatu sententia dicenda locum, togam praetentam,
Sellam curulem, cuius imaginis ad memoriam paternitatisque prodeus-
dam.] Haec ille non pulchre minus, quam copiose. Addit Lib. de Leg.
III. Aedilibus annonae curam. Haec Aedilium munia, si hoc verum. Sed ista
nimirum in aera illa imperij, dum sui iuris fuit. In Colonia vero earum
rerum umbra, seu potius adumbratio. Indicanda seorsim singula. Ha-
bet ludos Cereri, unde et eos quibusq; ludi cura Aediles dicitur Cereales, ex
illimare qui possit. At non aliud Cereris, sed à frumenti cura, cuius
inventrix illa, Cereales dicitur, alicubi proditum in Civitate. Augu-
stales Aediles, postquam imperij moles in unius humeros sedet, copiose
conicula est, sed nec vana. His cura Augustalium ludorum demanda-
ta. At quod Aedili Romae locus antiquior dicenda sententia, transiit ne-
mi Aediles Coloniarum incerta res est: ipse non transisse existimavimus: nam de
ordine confidendi in Curia, dicendique sententias seorsim caeterum Principi
constitutionibus, supra a nobis observatum est. Toga praetenta Aedilibus Ro-
mae data tanquam honoris insignis: at in Colonia, maxima quibus cas-
neis

necis erat rei facultas, et privata publicaque fortuna angustia, securi factum; et Aedili pro modo suo et re, etiam habitus. Aulus Satyrus pan- nosos appellavit loco statim indicando. De eisdem alibi

Aequalis habitus illi, similisq; videbitur.

Orchestra, et populum, clavi velamen honoris.

Sufficiens tunica summis Aedilibus alba.

SED illud etiam Aedili municipali proprium munus, mensuras tra- siri atque ad publicas, id est, ad eas quae publiciter nomine Reipub. servaba- tur exigere; multare quoscumque aut fallacibus, aut minoribus uti co- perisset, mensurasque et trutinis et caetera instrumenta, uti sefellissent, confingere. Hinc Juvenali. Lux, Sat. X.

maui

An Fidenarum, Gabiorumque aere potestas,

Et de mensura vis dicere? Nasa minoras

Frangere pannosus vacuis Aediles utubris?

Et Persio Sat. I.

Se se aliquem credens Italo quod honore supinus

